Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

KW
235
A 36
~~Elzevier~~
~~A 37.~~
W 966

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

TRAIANI BOCCALINI

LAPIS LYDIVS POLITICVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36



TRAIANI BOCCALINI
LAPIS LYDIVS
Politicus.

Latinitate donauit
ERN. IOAN. CREUTZ.

Amſterodami,
Apud Ludouicum Elzeuirium.
A°. cIↃ IↃc XL.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Illuſtriſſimo Heroi,

IACOBO
DE LA
GARDIE,

Comiti de Leckoo, L. B.

de Eekholm, Domino de Kolka, Kida, Hapſal, Dagdoo, & Runſa, Equiti Aurato, Sacræ Regiæ Majeſtatis, Regnique Sueciæ Senatori, Marſko, Campiduci Generaliſſimo, Iudicii Militaris Præſidi, ac Iudici Provinciæ Vplandiæ.

QVamvis non is ſit animus, ut putem, aliquam me apud Te, Illuſtriſſime Comes, poſſe gratiam inire,

 tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

tam exili munere, quodve beneficiorum Tuorum vel minimam partem eo compenſare poſſe confidam: fecit tamen debitus heroico nomini Tuo cultus, ut hanc noſtram opellam, tenuiſſimam licet, Excellentiæ Tuæ patrocinio offerremus. Cum enim in maximis etiam, graviſſimiſque inſtitutis, illud ferme moris ſoleat obtinere, ut ea vel dignitate, vel ſapientia præcellentibus conſecrentur viris, quo vel aliis, vel ſibi honorem aliquem acquirerent; quanto magis in tenuibus conatibus, quæque ægre dignitatem ſuam tuerentur, fieri illud par erat, ut obſcu-

ritati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ritati ſuæ ſubvenirent, ac-
cenſoq; aliunde lumine te-
nebras ſuas profligarent.
Succurrebat præterea, do-
na, quantumvis minuta, à
Diis, ut ſic dicam, Heroibuſ-
que, non grato duntaxat ac-
cipi animo; verum etiam ob
hoc ipſum, quod illis dicata
ſunt, eorumque poſtibus af-
fixa, pretium dignitatem-
que mutuari. Idem quoque
hic mihi eventurum eſſe
ſperabam, ut verſionẽ hanc
Lapidis Lydii Trajani Boc-
calini, quantumvis abje-
ctam & prope extempora-
lem, quæque plus favoris,
quam laudis mereatur, be-
nevolo recipias animo. Vel
ob hoc ipſum, quòd Illu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ſtriſſimæ Excellent. Tuæ nomen prefixum geſtet, non poteſt non plurimum ei dignationis accedere. Non ultra morabor. Oderunt enim ſermones longos levia officia. Vivas, valeas, floreas, Comes Illuſtriſſime, diuque & conſilio, & manu proſis patriæ, & illa æternum tantum Heroa inter parentes ſuos recognoſcat.

Excellentiſſimo & Illuſtriſſimo Nomini Tuo devotiſſimus

Ioan. Erneſtus Creutz.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

LAPIS LYDIUS POLITICUS.

Quare Neapolitani tam miſerè ab Hiſpanis oppreſſi, & lacerati ſint.

EX quo Divinæ placuit Majeſtati, populum Neapolitanum in manus tradere Pharaonis, ut propter inſignem erga priores reges ſuos perfidiam, debitas lueret pænas: prudentes Hiſpaniæ reges, legem, quæ diligenter poſtmodum obſervata eſt, ſanciverunt; ut effrenis ille equus, quem S. P. Q. Neapolitanus ſuperbè, & jactabundè, pro ſymbolo oſtentaret, quique ephippium, frænumque faſtidiret, ſingulis ſex menſibus publicitus venalis proſtaret; utque è Mareſcallis collegium conſtitueretur, in quo decernerent, pernecesſarium quicquid videretur ſubigendo equo ferocienti, & indomito uſque adeo, ut duos ſæpe reges inſeſſores pati, quam unum, maluerit. Heſterno itaque die infelix ille quadrupes ab Hiſpanis, quorum cuſtodiæ ſubeſt, ſtabulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

exemptus, cumque ægrè pedes membra ſuſtinerent, funibus in forum protractus eſt. Miſerabile viſu ſpectaculum, equum tantæ olim pulchritudinis, adeo conſumtum & attritum eſſe, ut præ nimia ejus macie etiam ipſa oſſa numerari poſſint, dorſum ejus ulceribus obſitum foret, nares diductæ, denique omnibus membris graviſſimè laboraret. Hiſpani nihilominus ſuſpicioſi, eum aſſiduo compedibus, capiſtro, lupato, oculorumque operculis, urgent ac coercent, metu ne quid damni ex imminente periculo infligatur. Exquiſitiſſima itaque diligentia uſi ſunt Hiſpani in curando eo equo. Tandem igitur, ubi multum diuque diſputaſſent, unanimiter decretum eſt, ut præſepe palmo uno altius elevaretur, & demenſo quotidiano pars demeretur tertia. Forte fortuna, dum hæc agebantur, aderant nonnulli Philoſophi Morales, & iccirco viri boni, qui luctuoſo in hoc ſpectaculo immenſa commiſeratione & pietate moti Mareſcalcos rogarunt, quamobrem ſævè uſque adeo conſulerent in equum emaciatum penitus & conſumtum: ut cui &
pabulum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

pabulum detraherent, licet manifeſtè cernerent, ita cum eo comparatum eſſe, ut nihil niſi oſſa, pellis & parum ſpiritus ei reliquum eſſet; eoque paucis duntaxat hebdomadibus poſſet ſupervivere. Tunc, qui cæteros Mareſcalcos ſapientia anteibat, converſus ad Philoſophos, vultu torvo & ſevero iis regeſſit, multo ſatius fore, ſi curam habentes muneris ſui, de *entibus* & *quidditatibus* diſputarent, quam ſi de rebus politicis ſermones ſererent, in quibus nihil prodere niſi imperitiam ſuam poſſent. Etenim ſi ipſis ferociſſimum illud animal commiſſum fuiſſet, protinus fuiſſe viſuros iſtam caritatem & benevolentiam ſuam, calcibus & morſu remuneratum iri: ut quibus ſæpe impetierit liberaliſſimos Reges ſuos, quos male affectos in foſſas præcipites dederit. Nimirum ſolenne eſſe ingratiſſimæ & ſeditioſiſſimæ belluæ, in reges ſuos & beneficentiſſimos quidem exſurgere, niſi in tempore ei iretur obviam, & jejuniis ad extremam debilitatem ac impotentiam perduceretur. Atque ut cognoſcantur equi tam efferati mores, & diſci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

plina quâ coerceri poſſit, non obſoletos & contritos lumbos, neve crurum infirmitatem eſſe conſiderandam; ſed inſitam ingenii pravitatem, turbulentiam, inconſtantiam & amorem rerum novandarum. Addebant etiam Mareſcalci, niſi equo iſti vires & occaſio deeſſent, excuſſurum protinus jugum Hiſpanorum, quorum imperium in tantum eſſet exoſus, ut nihil præterquam recuperationem priſtinæ libertatis vel ſomnians cogitaret. Quæ omnia abundè indicium facerent, præſentem Neapolitanorum ſervitutem, nec crudelitati Hiſpanicæ, nec avaritiæ miniſtrorum regiorum, nec negligentiæ regis Hiſpaniæ, adſcribi oportere: utiliſſimum & prudentiſſimum eſſe inſtitutum, ei, qui nihil præſtare boni erga benemeritos didiciſſet, omnem lædendi occaſionem præripere: eoque ſeditioſis Neapolitanorum ingeniis non alio præſentiori remedio poſſe fieri medicinam, quam aſperis, & corrodentibus iſtis Hiſpanorum unguentis.

Genua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Genua in Parnaſſo aſſerit ſe eſſe liberam.

ANni jam ſunt multi, quod ſereniſſima Genuenſium libertas non ſit admiſſa ad viſendum, ac familiariter agendum, cum inclyta Venetorum, Rebuſpubliciſque aliis, cum in Italia, tum oris etiam tranſmarinis, quæ libertatem integram defenſitarent. In cauſa eſt, quod ea quamvis ævo præterito, ſumma cum exiſtimatione, ac illibata pudicitia egerit in Parnaſſo, proximis nihilominus annis autoritatem & fidem ſuam diminuerit plurimum, dum cum perfida Hiſpanorum gente nimium converſatur familiariter: adeo ut non ſine maximo honoris detrimento nationi iſti non tantum nobiliſſimum ædium ſuarum apparatum, ſed etiam cariſſimum nobilitatis ſuæ pignus conceſſerit. Ea indulgentia graviſſimè libereq́ue in virgine reprehenſa eſt à multis, quod non tantum arto nimium amoris vinculo nectèretur cum gente, quæ palam inſidiaretur ejus pudicitiæ; ſed etiam, quia palam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

lam ab omnibus jactaretur, illam cum Hiſpania etiam conſenſiſſe in turpibus rebus & inhoneſtis, atque unde non leviter ſuſpicio inoriretur honori planè adverſa, tacituſque manaret rumor inter omnes de inſtabili illa qua diſtineretur, cupiditate & ſiti auri Hiſpanici; avaritiâ tam inſita & familiari viliſſimo ſcorto, quàm indignâ, & alienâ pudicæ virgini. E quibus apparet, nobilem uſque adeo principem, antequam tam pernicioſum facinus perpetraſſet, inter pulcerrimas & optimas liberas reſpublicas fuiſſe habitam. Iam autem corpus ejus multum deformatum eſt. Quippe & naſus Doriarum quatuor digitis excreverat, crus dextrum Hiſpanorum palmo dimidiato. Ei membrorum inæqualitati accedit ingens opprobrium à garrulitate plebis, palam & in foro objectantis cives ſuos adeo familiares eſſe Hiſpanis, ut in lenociniis etiam, rebuſque, quæ vel cogitare nefas ſit, nedum dicere, inſerviant: & ut rerum, quæ publicè in compitis agitantur, cito fama ſolet increbeſcere, non defuere, qui apertè aſſererent regibus Hiſpaniæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Hiſpaniæ animum fuiſſe hanc virginem inhoneſtè habendi. Atque ut liquidum reddatur, quæ conditiones, quidque ipſis ſperandum ſit à miniſtro regio, qui præſtò in Italia, Petro nimirum Enſio Guzmanno illo comite de Fuentes: ajunt paucos dies elapſos eſſe, cum obtulerunt ipſi literas amatorias in formam citationis, quæ res prorſus exorbitantes continerent, quæque non leviter honorem ejus depreciarent, adeo ut quilibet in Parnaſſo manifeſtò potuerit deprehendere affectum illum, quo sereniſſimam virginem proſequuntur Hiſpani, nihil quicquam Platonici habere: ſed protectionem ejus ex nuda tantum dominandi libidine eſſe profectam. Honoranda autem Genuenſium libertas, ſimul ac in manus venere tam arrogantes & ſuperbæ littere, illico ſandalio à pede derepto naſum nuntii confregit, & in præſentia tam impudentis hominis, dolore pariter ac ira accenſa, ſatis ſuperque oſtendit, quid ſibi futurum eſſet animi, ſi ad exitum res perducenda foret: adeo ut omnium judicio honorem ſuum prorſus recuperarit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

rit, quem antea, inviolata licet, perdidiſſe viſa eſſet. Quamobrem tam laudabilis libertas, ut ſincerius cunctis rationes ſuorum redderet actuum & caſtimoniæ, per oratores ſuos, quos ad ſingulos Europæ principes legavit, univerſis palam fecit multam familiaritatem, quam cum Hiſpanis contraxerit, non ſibi tantum & civibus ſuis eſſe utilem, ſed magnopere etiam neceſſariam libertati Italiæ cum qua negotia ſua non minus conjuncta ſint, quam alterius cujuſquam in eâ principis. Quippe ſe effrenibus cambiis & recambiis, ut vocant, illicitiſque uſuris ſuis indies magis magiſque inimicam Hiſpanorum gentem ita oppreſſum ire, ut eam bello plus cruento exerceat, quàm Hollandi Zelandique exercitibus ſuis, bellicoque apparatu.

Monarchia Hiſpanica dolet, quod fraudes ſuæ ſint detectæ.

MUlti ab hinc anni ſunt, ex quo in regia Galliæ Monarchia ingens ortum eſt incendium; incertum utrum caſu,

caſu, an malitia quorundam Gallorum, vel (quod magnopere multi ſuſpicati ſunt) ab natione illa, quæ implacabilis uſque adeo eſt Gallis. Tanta fuit flamma, & tam terribile incendium ut finitimæ Monarchiæ in magnum inciderent metum, ne ignis ille non niſi cum ruina imperii ſui deſineret, ita ut ſtudio ſui unuſquiſque advolaret ad ignem alienæ domus extinguendum. Angli quamquam innatũ iis cum Gallis odium foret impigrè apportabant aquam ex ſuo Tameſi, Germani ex Moſa & Rheno, Veneti ſuos ferme lacus exſiccabant. Sapientiſſimi magnæ Hetruriæ duces, celerrimè cum armis ſuis ad extinguendum incendium accurrebant: quod homines ſagaces & prudentes metuerent deſiturum in univerſale incendium. Et revera erat res mira viſu: quod prædicta Hiſpanorum Monarchia, licet putaretur inimiciſſima eſſe Gallis, tamen & ipſa inter primos ſocios laboraret, extinguendo igni, ad quem fama erat vulgatior, maluiſſe illam ſeſe calefacere. Unuſquiſque mirabatur cum videret, tam propenſo ſtudio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

dio & immenſa charitate non ſolum advehere aquas ex Tago Iberoque, verum etiam ex vaſto Oceano, cujus, niſi Hollandi & Angli obſtarent, plenum obtineret dominium. Quippe Politici deteriorem in partem interpretabantur, amorem affectumque Hiſpanorum, aperteque dicebant, rem pernicioſiſſimam eſſe in negotiis Gallicis admittere auxilia Hiſpanorum, cum natura infenſiſſimi hoſtes ſint Gallis: quin magis credendum eos everſuros potius quàm protecturos amplitudinem ejus Regni, tanquam homines, qui cum ſolum utilitate ſuâ actiones cunctas principum metirentur, ac ſæpe non plus pietatis erga Deum quàm charitatis erga homines, oſtenderent. Et tanto magis ejuſmodi Politicos peroſus erat vulgus, quanto clarius videbat, Hiſpanos in diligentia aquarum advehendarum ſuperare ceteros, haud ſecus ac ſi ex animo amiciſſimi eſſent Gallis. Id verò omnibus erat admirationi & magnam apud ignaras Hiſpanicæ Monarchię peperit exiſtimationem ac gloriam, quod cum Flandria & Auſtria, regiones hereditariæ, crudeliſſimi

liſſimi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

liſſimi belli incendio flagrarent; ſtudio tamen & amore Gallorum de propria periclitaretur ſalute. Sed, non opera humana, non ulla aquarum copia poterat extingui vel minutiſſima tam formidabilis ignis ſcintilla: quin diligentiâ iſtâ de die in diem magis magiſque ſerpebat flamma, incendiumque belli civilis, adeo ut etiam ſimpliciſſimus & religioſiſſimus quiſque inciperet aures præbere politicorum monitis, & ſuſpicaretur charitatem Hiſpanicæ Monarchiæ erga Gallicam ex mero ſui amore provenire, atque ita animum induceret, nullam Hiſpanis in poſterum habendam fidem, niſi penitius intuitus eſſet, quæ illi in vaſculis ſuis portarent. Tum verò compererunt, pro commentitiis iſtis aquis ad extinguendum ignem, vaſa ſua repleviſſe pice, oleo, terebintho, & diabolica lite ad augendam flammam. Inter eos deprehenſi ſunt Barones quidam Galli, qui prætextu charitatis, id ipſum, quod Hiſpani, machinabantur. Quapropter tales juſtâ animadverſione Monarchiæ Gallicæ extemplo necati ſunt, crematique in illo ipſo igne, quem tot

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ſeditionibus, tantaque perfidiâ ſua, in patria aluerant. Hiſpani non tantum ab opera cœpta fugati, ſed etiam cum tubarum ſono ac proclamatione publica traducti, velut in ſimulandi arte facilè principes. Singulari etiam Gallicæ Monarchiæ edicto unicuique propalatum eſt, ſi deinceps unquam reperirentur, qui ſibi perſuaderent, poſſe in Hiſpanorum animos incidere amorem erga Gallos, fore ut tales haberentur pro fatuis, & idiotis, & ſi moniti ſemel perſeveraverint in hoc errore, inſtar factioſorum & ſceleratorum punitum iri. Erat res admiratione digna, quod poſtquam Hiſpani Gallique prædicti ab eo opere deſtiterunt, continuò incendium illud Galliæ ceſſarit, idque ſua ſponte, licet prius ejus magnitudinis foret, ut etiam maximi judicii homines affirmarent, neutiquam humanâ operâ extinctum iri. Exinde illuſtria & aurea illa lilia, primum deſpecta & pedibus conculcata, enituere multò ſplendidius, majorique vigore, quam unquam antea. Galliaque ipſa quæ quorundam ambitione pluſquam
per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

per XL annos continuos ſæviſſimo laborarat bello, magna omnium admiratione, momento reddita eſt tranquilla & pacata. Plerique his indiciis potuerunt colligere, Hiſpanos fuiſſe præcipuos incendii iſtius Gallicani auctores: ut qui ſub callido religionis prætextu imperio orbis inhiantes, omnem infringere Gallorum potentiam ſtuduiſſent. Nonnulli narrant, Hiſpanorũ Monarchiam recepiſſe ſe in Regiam ſuam, nec per multos dies ſuſtinuiſſe conſpici à quoquam, corque dilaniandum prębuiſſe vehementiſſimę melancholię, imo cum imi pectoris ſuſpiriis & lachrimis profuſiſſimis confeſſam; maluiſſe ſe præcipuis ſuis duobus regnis ſpoliari, quam ita orbi univerſo eſſe irriſui & ludibrio religioſos ſuos prætextus, per quos ſæpe antea maximo ſuo lucro ſe meminerat cæpas, fœdiſſimique odoris radices vendidiſſe pro muſco, zibetho & ſuccino, dum falſo, & ficto, veri ſpeciem præferret; adeò ut non leviorem eam jacturam judicaret, quam ſi vel omnes theſauros Peruvianos, vel novum orbem perdidiſſet. Animadver-
tebat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

tebat ſiquidem detractam ſibi fidem omnem, adeo ut ne ſimpliciſſimis quidem amplius poſſet imponere, nec depingere atrum albo, & cernebat ſeſe adigi ad eos neceſſitatis terminos, in quibus Galli; ut qui non poſſent poſthac ullius Regni dominio potiri, niſi vi & gladio, cum nuper ſolo religionis prætextu, qui inſervierat loco potentiſſimi exercitus, potuerit univerſale propemodum incendium excitare. Nihil verò æque dolori erat, quam quod ob ſiniſtram adeo vulgi de ſe opinionem periculum foret, ne in veris quidem ſibi in poſterum fides haberetur, poſtquam ſemel hypocriſis ſua & ſimulati prætextus, quos plerique ferme pro vera religione & devotione coluerant, palam eſſent detecti.

Hiſpaniæ Monarchia adſcendit Parnaſſum Apollini ſupplicatum, ut cauterio ſanaretur. A Politicis Medicis dimittitur.

QVamquam Sereniſſimæ Hiſpanorum Monarchiæ, quæ ad hanc aulam, quatuor circiter elapſis menſibus

pervenerat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

pervenerat, non ſolum Apollo, verum etiam publicum literatorum collegium introitus extemplo in regium auditorium copiam fecerat, idque præſentibus ſereniſſimis Muſis: non tamen ejus introitus, niſi ante biduum demum celebrari potuit, quod ſpatium quatuor ferme menſium conſumtum fuerit in conſulendis poetarum principibus, de titulis cuique conferendis, & viciſſim recipiendis, item quomodo alii eſſent excipiendi, & ipſa excipi deberet, dum alii alios viſitant. Interim obſtupeſcebant virtutis cultores, deplorabantque duras adeo conditiones præſentis ſæculi ob ſummam vanitatem. Alia adhæc major erat ſollicitudo: quippe complures literati principes apertè abnuebant adiri magna ab hac regina, quod ſuſpicarentur, ſeſe contumelioſè ab illa exceptum iri: nimirum quoniam recentes ex Italia literas acceperant, quibus monerentur à benevolis, ut ſedulo in omni hoc diſpicerent negotio, quandoquidem ſolemnis eſſet conſuetudo Hiſpanis, viſitatum ire homines magis contumeliæ, quàm honoris ergo; & propterea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

terea his extremæ videretur amentiæ, ut contumelioſe habeantur eam domi ſuæ opperiri capite aperto. Et quamvis tam potens monarchia cum ſtupore uniuſcujuſque multo parciorem ſeſe præberet in titulis alii conferendis, quam in aureis largiendis ſcutatis: nihilominus ab iſtis poetarum principibus, omnibuſque hominibus elegantioribus, ad rem magis, quam ad titulorum vanitatem attendentibus, tantum voluptatis percepit, quantum vix ſperarat. Veriſſimum quidem eſt illud, quod non parum æſtimationis ſuæ tantæ potentiæ regina ea in aula amiſerit, poſtquam innotuit, illam, quamvis ſummopere amicorum indigeret ſubſidio, uſque adeo tamen proclivem eſſe in abalienandis eorum animis, quibus vel ſolo ſermone & colloquio ſatisfacere potuiſſet. Illud quoque multis novum viſum eſt, à magiſtro ceremoniarum monitam eſſe, quod ad minutias quaſque tantopere attendat; cum odioſum id ſit, & proprium barbaro regi, indignum vero tantę principi. Ad hæc quod alteri reginæ ſibi æquali, ſumma cum excandeſcentia reſponde-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

rit, ſeſe illam omneſque ejus ceremonias mirari, atque ita ſatis apertum fecerit, ſeſe ignorare, principem ſine gravitate majeſtateque ſimilem eſſe pavo abſque cauda. Vix dixerim quanto omnium deſiderio princeps ea exſpectata, quamque literatorum omnium oculi in illam converſi fuerint. Ex omni imperio Apollinari ingens factus eſt concurſus a pleriſque nationibus, cominus intueri geſtientibus potentiſſimam reginam, quæ felicitate mirabili, ſpatio breviſſimo, ex diverſis regnis à ſeſe ſubjugatis tam formidandum omnibus principibus gentibuſque imperium compoſuiſſet & ſtabiliviſſet, ut nemo ſit, qui præ metu lorica ferreis hamis conſerta ſeſe non præcinxerit. Hæc regina numeroſiſſimo comitata exercitu, proſpera navigatione, præterito menſe inſulam Lesbon appulit. Sereniſſima vero Reſpublica Genuenſium, gratis illi inclytum concedebat portum ſuum, licet familia Doriarum, vetuſta prærogativa multum in eo ſibi dominii adſcribat. Monarchia Hiſpaniæ, ſi eam cum Galliæ, Angliæ, aliiſque veteribus Eu-

ropæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ropæ monarchiis conferas, ætate quidem minor fuerit: verum enimvero corpore multo quibuſvis aliis major, adeo ut annorum numerum vaſtiſſima illa regni moles, & amplitudo multum ſuperet: Unde ſic rationes vulgo ineunt; ſi porro itidem accreverit, quouſque corpora humana capere ſolent incrementum, fore ſtaturæ aliquando adeo giganteæ, ut imperio ſuo complectatur, quicquid olim in Romanorum erat poteſtate. Sed ea quæ accidere imperiis ſolent, liquido arguunt, illam nunquam fore majorem, jamque in teneris annis deveniſſe eo magnitudinis, ut ad majorem deinceps nequeat pertingere. Quod vel inde manifeſtè apparet, majori quod negotio hoc tempore dimidiatum accreverit digitum, quam olim duas palmas. Hæc potentiſſima princeps ſubfuſci eſt uſque adeo coloris, ut inclinet ad illum Maurorum. Et propterea ejus mores ſuperbi magis ſunt quam graves; ac cunctæ actiones ejus ſævæ potius quam ſeveræ. Quapropter cum nunquam potuerit, neque nunc poſſit addiſcere artem ig-
noſcendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

noſcendi principibus uſque adeo neceſſariam; certa eſt multorum opinio, magnopere illam infringere magnitudinem ſuam, quod nihil carius ſit, nulloque adeo afficiatur, quam ut vulgo intelligentiſſima audiat magiſtra præcidendis odioſorum papaverum capitibus, ſi quæ in imperii ſui hortis ſupereminuerint. Præter modum lætatur de ſe jactari, illa in arte ſuperatum eſſe à ſe Tarquinium, primum tanti arcani inventorem. Cum itaque adeo confidens & prorupta ſit in exercendis rebus tam ſævis, perplexa eſt admodum & anxia in collocandis beneficiis, quæ rarò & tardè ab illa proficiſci videas. Ac minuta etiam quando confert, tanta id facit gravitate & ſupercilio, ut vix grata exiſtant. Cæterum in promiſsis eſt liberalis adeo, ut nihil quicquam illa humanius excogitari poſsit. Verum qui ſpecillo politico noverit penetrare intimum cordis, ipſam videbit ſuperbiam, avaritiam & crudelitatem, ut & illi qui, quam diutiſsimè cum illa negotiati ſunt referant, ab nulla alia principe dulcibus æque verbis ſeſe fuiſſe exceptos, factis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ctis vero amariùs habitos : unde eſt, quod tanquam amica ſummopere homines alliciat, intereaque velut domina imperiſe illos perterrefaciat. Longiores, quam corporis ratio ferat ſunt manus ejus, quas extendit ad omnia, unde aliquid emolumenti poſsit percipere; citra diſcrimen amici inimici, parentis vel extranei. Ungues ejus inſtar rapaciſsimæ Harpyie: digiti adeo firmi & tenaces, ut quodcunque arripuerit nunquam eripueris. Oculi ejus lividi, quos cum intentiſſimè in aliquem torquet obliquè alterum reſpectat: quæ res multum eſt periculoſa pleriſque principibus. Nam proximis annis facie verſus Algeriam obverſa, ſic ut nullus præſenſerit, aciem in Maſſiliam direxerat. Iſtis oculis ſumma exerit ſe avaritia. Nam nihil non illis cernit, quod non flagrantiſſimo appetat deſiderio: unde contemplatores dicunt reginam hanc immodica ſiti rei alienæ diſtentam, nunquam habuiſſe amicos, quos non brevi tempore diverſis artificiis fecerit mancipia. Omnia hæc mundo planum faciunt, illam magis idoneam regendis

regendis ſervis, quam hominibus liberis: cum plus a quocunque principe & amico quovis ſervitii ſibi exhiberi voluerit, quam ab ipſis exigat ſubditis. Majeſtatis ſuæ uſque adeo eſt retinens, ut non minoris putet, quod ipſa fortunæ it obviam, quam quod ſe inviſerit domi ſuæ. Superat unamquamque Reginam noſtri & præteriti ævi artificio pallii, auro intexti ſuos operiendi prætextus, licet diabolicos. Quantumvis quotidie parum honeſtè videatur agere, nihil tamen æque jactat, ac conſcientiam ſuam; qua Galli toties colore ſimulatæ ſanctitatis illuſi, ſuo impendio tandem didicerunt, confeſtim ſeſe armare, equoſque inſcendere, poſtquam corona in manu vident peragi negotia ſub mentito religionis & ſanctimoniæ prætextu erga proximos. Peritia equitandi tantum profecit, ut non ſolum feliciter generoſos domuerit Neapolitanorum equos, ſed illos ipſos & contumaces & vitioſos mulos Hiſpanicos (quibus natura inſitum eſt ut calcibus impetant) morigeros reddiderit.

Ingenio præ cæteris reginis uſque adeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

eo eſt ſuſpicax, ut nullam poſthac fidem ſubditis ſuis habere decreverit, etiamſi fideliſſimè ſeſe geſſiſſe compererit: quæ res tantum illi damni infligit, ut rerum ſecularium periti manifeſtè dicant, vel ob ſolum tanti momenti defectum non poſſe in majorem molem excreſcere. Eoque evenit, ut nulla reginarum minoris habeatur. Et inſignis ejus ſtultitia ea in re à politicis eſt notata, quod firmiter adeo ſibi perſuaſerit, poſſe ſeſe proculcando unumquemque, populum ad ſui venerationem provocare. Nihilominus interea moribus, geſtibuſque odioſiſſimis, populos in ſervitutem pellicit. Magna iſta calamitas eſt ab ingenti theſaurorum copia, quæ ſumma cum violentia in ſe trahit etiam illorum animos, qui cum deberent maxime abhorrere, facile ad impotentiam humilioremque ſtatum rediguntur. In rebus minutiſſimis immenſum quantum accurata eſt, licet in rebus maximi ponderis pluſquam alia ulla regina ſeſe defraudari & decipi toties perpeſſa ſit. In colloquiis & rebus arduis gerendis mirabile ingenii acumen & prudentiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

oſtendit: ſed aut naturali quadam pigritia, aut artificiis miniſtrorum avariſſimorum, magna agitantium negotia, aut quod nihil decernat, & aggrediatur, non antea præviſum à gentibus, & lentè adeo conſilia ſua expediat, ut temporis progreſſu facies & ſitus negotiorum immutetur: rariſſimè ejus conſilia, prudenter alioquin inſtituta, felicem ſortiuntur exitum. Propterea jam invaluit opinio, plus illam poſſe in rebus concipiendis, quam armis & bello expediendis, in quibus magnos quidem ſpiritus ſummam conſtantiam, & incredibilem prope omnium laborum tolerantiam præſtet; ſed certi adeo parum conſilii, ut ſingularis ejus prudentia ſpeciem ſæpiſſime vaniſſimi timoris repræſentet. Multi iccirco viri eximii reperiuntur, qui eam rideant, quod omnia facta ſua, tam exacta norma, ſolidiſque conſiliis dirigat; ut nihil quicquam fortunæ & fato permittat. quæ mirum quantum faverit Gallis; ut qui in omnibus actionibus ſuis, multum quidem animi, at parum ſanioris cerebri, & prudentiæ contulerint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

rint. Sunt qui id fieri putent ob id ſolum, quod ea tam avara ſit proprii ſanguinis, quam ſitiens alieni. Homines rerum Gallicarum intelligentes rident eam, quod ad univerſale adſpiret imperium, abſque ullo certamine: quod idcirco evenit, quoniam cum potentiſſima hæc regina affinitatibus contrahendis imperia ſibi acquirere aſſueta ſit, maximopere exhorret à ſtolida Gallorum conſuetudine, aliena regna ſuo mercantium ſanguine. Cum illa itaque magis ſagax, quam animoſa ſit, plus damni pace, quam bello, hoſtibus ſuis infligere poteſt. Galli ideo, qui hactenus demto omni metu pacem cum illis coluerant, tot calamitatibus ſuis moniti, tandem edocti ſunt, duplicem foribus obdere peſſulum, ita ut omnem impoſterum Hiſpanis ſpem pacis præcluſerint. Propriarum quin etiam opum eſt neglectrix contemtrixque: ſed adeo appetens alienarum, ut non dubitet patrimonium ſuum perdere, ſpe alius invadendi & potiundi. Mentis adeo eſt avidæ, animique tam reconditi, ut ars, nulla, nulla induſtria humana ſufficiat ad

indagandum quo collimet: ne vel ipſe Lynceus acutiſſimo viſu ſuo cuticulam ejus penetrare poſſit, cum Gallorum etiam exta & inteſtina ſtrabis & luſcis pateant. Qui tamen genium & mores tantæ principis examinare & inſpicere velit, neceſſum eſt ut illud ſciat & pro certo habeat, illam longe diverſam eſſe intrinſecus ab ea quę apparet. Et quamvis in virtutibus prædictis portentoſi lateant errores, magnitudine nihilominus fortunæ ejus, quicquid ſit, pro virtute à pleriſque habetur & æſtimatur: ut nec deſint principes, qui ejus etiam vitia imitari honori ſibi ducant. Conſtitutione & habitu corporis robuſtiſſima eſt: unde plurimi eam quam provectiſſimæ ætatis conjectant, quamvis multum incommodi ex eo percipiat, quod membra uſque adeo diſſita & diſtracta ſunt. Hoc mirum quantum debilitet tam vaſtum corpus: & quamvis auxilio Reip. Genuenſis, & affinitate cum duce Sabaudiæ contracta, maximopere iis uniendis & contrahendis ſtudeat, diverſitate nihilominus iſtorum principum alia aliaque ſectantium parum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

præſtat. Sed non aliunde majus damnum tanta percipit Regina, quam à præcipuis miniſtris ſuis Hiſpanicis, quibus perpetuo in negotiis majoribus utitur: qui cum aſſueta ſuperbia, & magnanimitate in tantum odioſa, non modo honorari tanquam homines, ſed & adorari ut Dii velint, nimium quantum tædii & nauſeæ jugi Hiſpanici, non Italis modo, ſed & Belgis pleriſque commorint. Id multum mirantur omnes, quicunque corpus potentiſſimæ principis intuentur, eam uſque adeo infeſtari ab hirudinibus quibuſdam maxima ex parte Genuenſibus, quarum venæ tam diſtentæ & craſſæ ſunt, ut referant anguillas lacus Marthæ, valliſque Commachiæ: & incertum eſt, utrum ſemet unquam ab iſtis malis ſit liberatura, ſive id ſit impotentia, ſive negligentia, ſeu maximorum principum fato, quorum omnium infortunium eſt, ut iſta animalcula vitalem exſugant ſanguinem.

Potentiſſima itaque hæc regina cùm regio in atrio majeſtati Apollinis ſeſe ſtitiſſet, ſiniſtrum brachium à miniſtris ſuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ſuis denudari curavit; quod cum illi & univerſo literatorum conſeſſui oſtendiſſet, ita ferme locutam eſſe conſtat. Princeps & bonarum literarum parens, putridum iſtud Belgicæ cauterium Galli, Germani, & nonnulli Italiæ principes, qui amicitias ſimulant, ac exenterata ſchiſmatica illa tranſmarina jam tot annis elapſis, ſola mihi ſuſpicione inflixerunt. Equidem non diffiteor, principes nominatos juſta ob potentiam meam æmulatione fuiſſe accenſos, cum poſt mortem regis Henrici ſecundi viderent Galliam pueritia regis graviſſimis obnoxiam calamitatibus, meque eo tempore ſemina diſcordiæ jacere iſtoc in regno ſtuduiſſe. Poſtquam vero hæ jam ſuſpiciones evanuerant, magnæque me inter & Gallos fuiſſent (non me id pudet referre) contentiones privatæ, quinetiam ſimultates cum illo abſolutiſſimæ poteſtatis Bearniæ principe intercederent: omnibus ego impenſis ferendis condemnor. Rogo itaque Majeſtatem tuam, ut tam tædioſum mihi cauterium obſtruatur; cum cuique videre ſit, ob nimiam humorum con-

fluentium copiam, verſum eſſe illud in rabioſiſſimam gangrænam, adeo ut Deum rogem, ne non niſi meo cum exitio malum iſtud terminetur. Nulla ambitione, nulla dominandi libidine, aut ſiti rei alienæ, id quod obijciunt mihi inimici, Italiam ingreſſa ſum. Notum unicuique, me eo non vocatam tantum, ſed & retentam eſſe præter voluntatem ab Italis principibus, metu jugi Gallici. Neque mortalium ullus eſt in Europa, quem fugiat, me terris, quas poſſideo in Italia, tantum propriorum bonorum impendere, ut infirmitati meæ ſufficerent, & oppreſſioni. Felix fuiſſet domus mea in Hiſpania, quam tegulis argenteis aureiſque imbricibus adornaſſem, ſi nunquam mihi familiaritas interceſſiſſet cum duplici iſtac & fallaciarum plena gente Italica, tantum utili corbitandis hominibus in negotiis periculoſiſſimis abſque pane biſcocto, & mediis in periculis poſtea deſtituendis. Cum nihil aliud apertius profiteatur, quam alienis manibus bolos è faucibus eximere. Maxime vero illud miror, quomodo Italia, quæ ut unicuiq; notum
eſt,

eſt, ſeſe ab omnibus externis nationibus vitiari perpeſſa eſt, mecum jam caſtitatis rationes inire ſuſtineat, adeo ut nihil quicquam moliri liceat, quin ſtatim ſuſpicio incidat, quaſi & libertati ejus & honori inſidias tendam. Et quamvis hodierna regni Gallici potentia Italiam, ejuſque principes prædictos, à timore magnitudinis & roboris mei ſecuros reddat: nihilominus ſi ita videatur Majeſtati tuæ, parata ſum, ut unicuique ſecuritatem ab omni offenſione exhibeam, ea conditione, ut moleſtia liberer, quam capio cauterio necdum obſtructo. Mandato Apollinis omni diligentia cauterium hoc à medicis politicis perſpectum eſt; nihil creditum apertius quam Hiſpanicam Monarchiam continuo ardentiſſima dominandi ſiti, & libidine laborare, eoque omnino hoc cauterio egere, ut omnes illi craſſi humores Peruviani, qui in ſtomacho deſiderent, expurgarentur, quandoquidem ii ſoli immenſam illam ſitim excitarent. Attendebant etiam ad hoc prudentiſſimi Medici, quod ſi Monarchia Hiſpanica careret iſtoc cauterio, evidens peri-

culum eſſet, ne perniciosiſſimi iſti Peruvianorum humores in caput Italiæ vergerent, manifeſta præcipuorum membrorum pernicie, quæ libera remanſiſſent: tum autem quod ea monarchia in hydropiam univerſalis incideret monarchiæ. Cui rei jam ſatis Belgico proviſum erat cauterio, quod tamdiu apertum erat relinquendum, quamdiu Peruvia iſtos pernicioſos humores Hiſpaniæ ſubminiſtraret monarchiæ. Maximopere ei diſplicuit hæc ſententia. Unde ira percita ita ſubjecit: Rex ſi tam fœde conſumi debeam malignitate aliorum oleum huic gangrænæ affundentium, quam inimici mei cauterium diverſivum dicunt, alii forſan præter omnium opinionem ſetaceum indent. A Gallis, Anglis, & Italis ſtatim intellectum eſt hoc ſcomma. Et regeſſerunt, ſeſe de nullo dubitare, quoniam illi fæcem regni ſui in Belgicam ablegarent, ubi Hiſpani aurum & ſanguinem ſuum conſumerent: eoque in ſecuritatem ſuam ab formidanda Hiſpanorum potentia & ambitione, jactantium ſeſe nullo horizonte cingi, Angli, Galli, Germani

mani & Itali juxta aphoriſmum medicopoliticum, Hippocratis nempe & Taciti, adigerentur conſiliis & aſtu res externas moliri, arma procul habere.

Secretarius Illuſtriſſimi Guiſii, quod male eſſet locutus, punitur.

HEri Secretarius Ducis Guiſii ſermones cum aliquibus Gallicis Baronibus ſerens, de anteactis Galliæ motibus, cum mentionem faceret de propoſito ſui domini, ſanctum illud vocavit fœdus; quod ſimulatque relatum eſt Regiæ majeſtati, extemplo illum ac publicitus quidem ter tollenone præcipitari curavit, commonuitque, ut impoſterum cautius loqui diſceret, quoties de rebellione diabolica loqueretur.

Hiſpani acquiſitionem tentant Sabionedæ: non ſuccedit illis.

POſtquam imprudentes Italiæ principes clavo Gallico eximendo è menſa Mediolanenſi uſi ſunt ligone Hiſpanico, qui tam alte penetravit, ut qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

cunque voluiſſes forcipe non potuerit extrahi: magnates omnes Europæ, Italiæque præcipue principes, qui animadvertebant Hiſpanos, poſt ſervitutem Mediolanenſium, aperte adſpirare ad plenum Italiæ dominium (ut tuerentur, quod libertatis reſiduum foret) convenerunt inter ſe, ut ſingulis viginti quinque annis exquiſitâ diligentiâ hominum iſti negotii præfectorum, menſura iniretur catenæ ab Hiſpanis fabricatę ad Italiæ ſervitutẽ. Explorata itaq; ante paucos dies infinito ſuo cum ſtupore compererunt Italiæ principes, catenam uſque adeo odioſam accreviſſe ex ſuſpectiſſimis quinque annulis. Confeſtim idcirco arceſſiti fabri politici, qui accuratiſſima diligentia periculum ferri recenter catenæ annexi facerent: deprehenſumque, primum annulum eſſe fabricatum Piombino, alterum Finali, tertium Corregio, quartum portu Lungone, quintum Monaco. Supra modum hac novitate attoniti principes hærebant, multoſque illorum ſuæ pudebat inertiæ, quod viderent Hiſpanos in otio & pace catenam ſervitutis Italiæ plus adauxiſſe,

adauxiſſe, quam alioquin bello feciſſent cum quatuor exercitibus. Propter quam exorbitantem adeo immutationem iidem Italiæ principes tanta erga Hiſpanos ira accenſi ſunt, ut libere dicerent, illos ſeſe non continere intra terminos honeſtatis & modeſtiæ: ac ſi Italiæ limæ non ſufficerent catenæ huic miſerabili ad debitam menſuram redigendę, uſuros ſe protinus Gallicis. Quod ſi nec eo pacto potuerint obtinere, quod propoſuerant; ex Germania, Angliaque curaturos ſufficientem ſibi advehi numerum. Si eo extrema ipſos neceſſitas adigeret ex deſperatione, ſibi de optimis Damaſcenis, quales in Turcia fabricant, proſpecturos. Dum principes Itali hunc in modum inter ſe diſceptarent, citato curſu ad eos nuncius advenit ex Italia: qui pro certo referebat, Hiſpanos Sabionedæ alium fabricare annulũ, quem adjuncturi eſſent catenæ illorum ſervitutis. Quo nuncio allato, sereniſſima libertas Veneta ocyſſime celeberrimum aperuit Arſenale ſuum. Et jam omnes Italiæ principes præpropere advolabant ad arma in-

 duenda,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

duenda. Bellicoſa Galliæ Monarchia imperavit nobilibus ſuis equos inſcendere. Tota Germania ſe parabat ad tranſeundos montes. Angli, Hollandi, & Zelandi numeroſiſſima conflata claſſe quam citatiſſime ad fretum Gaditanum ferebantur. Iamque orbis univerſus in armis erat, cum alius advenit nuncius, qui exhilaravit animos omnium, indicando, Hiſpanos quidem omni ſtudio & induſtria conatos fabricare maximi momenti annulum Sabionedæ, ſed ſudaſſe in vanum: quippe qui in ferruminando eſſet ruptus.

Thomas Anglus Apollinem, quando in mundo ceſſaturæ ſint hæreſes, rogat.

THomas Morus Anglus, illo ipſo die, quo exceptus in Parnaſſum ab Apolline eximiæ doctrinæ ac ſanctimoniæ nomine honorabatur. Is in hac aula miſerrimam degit vitam affligens ſemet ipſum ob nefaria hæreſis mala, quæ cum in patria ſua, tum etiam alibi propalata ſunt, veramque Chriſtianam fidem animis hominum expulerunt, quæque horrendum in modum res ſa-
cras

cras juxta ac profanas confuderunt: & quantum diſcordiæ illæ ingraveſcebant, tantum etiam afflictiones viri tam ſingularis magis magiſque accreſcebant, ut plerunque hæreſin ſeductæ deploraret plebis, atheiſmumq; ſeductorum. Hic cordatiſſimus vir heri matutinis ſe horis Apollini ſtitit, maximoque deſiderio ſciſſitabatur, ut palàm ſibi faceret, quando in religione Chriſtiana finem tempeſtates præſentis habituræ hæreſis, inventæ ſeminatæque impiis ab hominibus, aut ambitione plura poſſidendi, aut ſtudio nihil perdendi, aut odio vindictæ.

Moro ad interrogata illico Apollo hunc in modum reſpondit. Dilectiſſime Thoma, videbis finem fore malorum hujus hæreſis, cum Hiſpani ſua contenti Hiſpania non amplius invidiæ erunt, ſereniſſimaque domus Auſtriaca, acquieſcens vetuſtiſſimo in Germania patrimonio Comitatus Auguſtæ Vindelicorum, modum ſtatuet ambitioni imperandi univerſo. Quippe non aliud hæc eſt hæreſis, quam pactio principum contra magnitudinem domus Auſtria-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

cæ. Eoque non antea hæc conquieſcent mala, quam præcidantur cauſæ eorum propriæ.

Reformati exſurgunt contra ſuos reformatores.

TRibus abhinc diebus, hora decima octava, qui ſubjecti ſunt correctioni novæ reformationis, de qua præſenti tempore tam ſeverè agitur in Parnaſſo, tumultuario agmine conflato, armati concurſum fecere in ædes reformatorum, infinito penè incenſarum facium numero inſtructi ad venerandos illos dominos propriis in habitaculis cremandos. Reformatores, percepto rumore, obfirmatis ædibus, per feneſtram varia telorum genera vibrantes, ingentem in principio edidere ſtragem. Rabies illorum, qui foris erant, in tantum ſe efferebat, ut noviſſime pylorectam conarentur admovere portę, ita intraturi ædes, & violentas manus tam excelſi tribunalis viris illaturi. Apollo certior ejus ſeditionis factus, ad præcavenda omnia incommoda, quæ inde poſſint oriri, quam incitatiſſime gravis arma-

turæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

turæ cohortem ex poetis provincialibus conflatam, ſub imperatore Ronzardo Gallo miſit. Huic mandatum, ut palam faceret omnibus arma indutis, ni amittere jus ingrediendæ bibliothecæ ac continuo in numerum indoctorum referri vellent, deſiſterent ab hac ſeditione, ſeque quam primum accederent. Reformati iis auditis, mox Regiæ Majeſtati morem gerentes ſeſe coram ſtitere; quibus ſic Apollo vultu ſubirato. Vos igitur eſtis inſolentiſſimi illi, qui in pravis vitæ licentioſiſſimæ erroribus perſtare decreviſtis, nec ad eas bene vivendi regulas reduci vos ſinitis, à quibus in tantum receſſiſtis? Ad hæc unus ex iſtis reformatis: Confitemur, ait, majeſtati tuæ, vitia noſtra pergravia eſſe, numeroque pene infinita, dignumque eſſe negotium, ut eorum ſuſcipiatur emendatio. Neque ſolum non odio nobis perſequenda reformatio, verum etiam amanda, ac pariter ipſi reformatores. Verum enimvero, quum videamus verum reformantium finem longiſſime abeſſe ab eo, quem ſimulant, planeque larvatam eſſe hanc reforma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

formationem: juſta rabies nobis iſta arma miniſtravit ex deſperatione, quod videremus, illos, qui ſimularent correctionem noſtri, ac ſi de ea quam maxime ſolliciti eſſent, ſatis omnibus manifeſtum facere, nihil aliud ſeſe quàm ſaluti noſtræ inſidias tendere. Abſque illo foret, libentiſſime noſmet ſubieciſſemus reformationi, amplexique fuiſſemus eam, tanquam utiliſſimum bene vivendi inſtitutum. Sed eſt jam diu, quod damno edocti ſumus, reformationem, quam ſuſceperunt, non amore noſtri eſſe introductam; verum eo duntaxat fine, ut nobis ignominiam & contumeliam, ſibi vero auctoritatem & æſtimationem concilient. Iccirco putant, revera ſeſe, prætextu ſanctimoniæ ſuæ in reformando, præſentibus malis remedium tuliſſe, quibus uſque adeo orbis ſe jam conſpicit oppreſſum. Qui modus tam eſt ſordidus & inconveniens, ut cum maximo iis ſcandalo fuerit, qui integram degerent vitam: optimo jure tuæ majeſtati poſſimus dicere, reformationes hodiernas plus deformaſſe bonos, quam reformaſſe malos.

malos. Quid enim turpius, quid deteſtabilius in mundo excogitari poſſit, quam ex aliorum contemptu & vituperio ſibi comparare famam & gloriam? quænam eſt ea charitas, qua utuntur erga nos, ut tanta curioſitate detegant defectus noſtros, & imminuant exiſtimationem noſtram, bonamque opinionem, quam de nobis plerique conceperint, abſque eo ut exhibeant nobis illam emendationem & medelam, ob quam reformatores iſti volunt haberi pro eximiis magiſtris, libenterque jactant ſacculos nil niſi odorem ſpirantes. Et ſi (ô Rex sereniſſime) tam ægre ferunt feſtucam, quam in noſtris cernunt oculis, quare non tollunt grandem illam trabem, quam geſtant in ſuis? Charitas certe diabolica eſt, fingere ſeſe plorare alterius incommoda, & reapſe ridere miſerias proprias. Sed illud quod magis nos afficit, ô Rex, eſt, quod videamus in iſto corruptiſſimo & depravatiſſimo ſeculo negotium illud maximum reformationis inſtitui ab conſpurcatiſſimis & imperfectiſſimis quibuſvis totius Parnaſſi: prout

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

prout majeſtas tua videt, nos eſſe maxima ex parte medicos, grammaticos, & correctores typorum, præ fame vix vitam ſuſtinentes, & tam miſerabili conditione, ut vivamus è conceptibus, mendicantes omnia ab ingenioſiſſimis Latinis poetis. Unde evenit, quod nudi incedamus & diſcalceati, & pane verminculoſo veſcamur, ob quas miſerias cuncti virtute præditi potius miſericordia nos proſequuntur, quam odio. Sed ut majeſtati tuæ loquar, detecto pudoris mei ſipario, latrociniis Cornelius Gallus, ambitione Seneca, vitâ vitioſâ Martialis, perfidia Ariſtoteles, libidine Catullus & Tibullus, lenociniis & aliis obſcenitatibus Ovidius (qui omnes tam literati & potentes ſunt, ut reformatores videantur eos revereri) illi inquam ſunt, qui diſſoluta ſua vita ſtatum Parnaſſi eo miſeriarum, quas conſpicimus, deduxerunt; adeo, ut videatur res non ſolum ſtulta, ſed etiam maximopere miſerabilis, ſi non corpori, quod ictus acceperit mortiferos, ſed ab iſtis dominis reformatoribus pedum extremitatibus ſolis remedium abhibeatur, & cal-

& calcanei aqua laventur roſacea. Quis eſt qui ignorat, maximæ eſſe crudelitatis, vulneri huic admovere ferrum, cui alii vel non auſi ſunt vel neſciverunt mederi? Quis non cernit, permultas eſſe ætates, poſtquam vitia adeo corruperunt bonos mores, ut dici poſſit, ſeculum hoc natum eſſe claudum, pariter & omnibus membris captum ac debile? Quæ cum ita ſint, nonne in noſtris reformatoribus extremæ eſt dementiæ, quod ſibi uſque adeo firmiter perſuadeant, ſe efficere poſſe, ut quarto die recto incedat talo ille, qui vel natus eſt claudus, aut cui os oſſi ſupercreverit? Morbi, ô Rex sereniſſime, ſi inſanabiles fuerint, & mala inveterata uſque adeo, ut iis mederi ſit neminis, à viris prudentibus diſſimulantur magis, quam importunis exacerbantur remediis. Cum ſit res peſſimi exempli unicuique manifeſtum facere, crus illius eſſe confractum, qui hactenus recte incedere ab omnibus credebatur. Unde eſt quod homines candidiores prius remedium adhibeant, quam palam faciant defectus alienos. Cum nulli reperiantur,

qui

qui ſibi bonam compararint famam depreciando alterius exiſtimationem. Enimvero illud quod vehementius nos urat eſt, quod uideamus illos mortuis, ne fame laborent, mederi, ſubſidium ferre hominibus crapula & vino ſepultis, omniumque rerum copia deſtitutis: opitulari etiam non ſolum illis, qui opibus valeant, ſed & earum contemtoribus quique omnem ambitionem, omnes mundi honores & gloriam repudiant, & poſt tergant; cum ipſi tamen ardentiſſima auri ſiti teneantur, oculiſque tenus humanis cupiditatibus immerſi ſint, nihilque niſi honores & dignitates ſomnient. Quam illud ridiculum, medicum epulonem, crapulæque addictum, diætam alteri imperare! Ecquis fructus ex hac reformatione ſperari poſſit, ubi duriſſimæ præſcribantur vivendi regulæ, quibus & nos, univerſuſque adeo orbis teneatur, ipſi vero quam maxime eas negligant. Nihil eſt, Rex sereniſſime, quo mundus æque corrigi poteſt, quam virorum principum exemplis. Nam quicunque dolori & ægritudini capitis medetur, idem

idem quoque cæteris corporis membris ſanitatem reſtituit. Si quis vero oleum affundat pedibus, ut liberetur dolore capitis, oleum pariter & opera incaſſum peribit. Propterea ut ex hac reformatione plus fructuum percipi poſſit à viris bonis, ſubnixe pro affectu erga nos tuo rogamus tuam majeſtatem, ut concedatur nobis, dominos reformatores commonere ejus rei, quam exiſtimamus fore conducibilem ad augmentum illorum auctoritatis, & beneficiorum univerſalium, utque illi plenam habeant poteſtatem vitia noſtra corrigendi. Nos cum ipſis amice agemus, & illi viciſſim nobiscum, prout charitas requirit. Ita fiet, ut ſancta reformatio producat fructus longe majores uberioreſque, vitaque & mores humani non parum inde emendentur. Quamvis multis adſtantibus videretur nimis hæc libere prolocutus coram Apolline: sereniſſima tamen majeſtas Regia laudavit illius ſententiam, velut ratione & æquitate ſuffultam. Poſtquam commentarium reformationis curavit ſibi dari, quem ſecum attulerant,

rant, ſenatui illum conceſſit, una cum reſcripto, quo mandatum dabat regii conſilii ſui aſſeſſoribus, ut de tanti ponderis negotio maxima cum auctoritate quid ſentirent decernerent, quacunque ad alium appellandi poteſtate dempta. Crebro in judicio diſputata ventilataque fuit hæc controverſia. Etſi verò pluribus ſenatorum admodum æqua videretur reformatorum querela: poſt longam tamen contentionem, iis in atrium admiſſis, Iacobus Menochius, præcipuus aſſeſſorum, vultu ad iracundiam compoſito: Vos, ait, eo inſolentiæ progreſſi eſtis, ut volueritis homines vobis meliores, & perfectiores reformare: ob quam veſtram impudentiam, temeritatemque, manifeſte incurriſtis in immane læſæ majeſtatis crimen. Nam neutiquam eripi poteſt ſuperioribus jus quæſitum reformandi, abſque eo ut aliquando poſſint eſſe reformati; quandoquidem ita faciendo ſubverteretur univerſum corpus rationis civilis, ſi quis velit tollere hypothecam ſingularem, quam muſcæ tenent in boves macilentos. Nec viri prudentes, dum vivant,

vant, debent occupari in chimæris & nugis; ſed in ſacris Naturæ præceptis; quibus ſancitum eſt, non abſque myſterio, ut piſces magni devorent minores. Ita planum unicuique faciebat, reformationem eſſe inſtitutam pro plebecula & vilis conditionis homullis, non pro viris cordatis.

Galli inquirunt ſecretum Hiſpanorum odoramentis ſuffumigandi chirothecas.

TAnta eſt, ac ſi æterna foret, æmulatio illa, quæ regnat inter duas illas bellicoſiſſimas nationes, Gallicam nempe, & Hiſpanicam; quoniam nulla elucet virtus in Gallis, quam non Hiſpani æmulentur extemplo: & Galli non acquieſcunt prius, quam adepti ſint res raritate commendabiles, quibus Hiſpaniam vident præcellere. Et quoniam paratura ſuccini, quo bonum adeo chirothecis odorem conciliant, ſingulare ac proprium eſt Hiſpanorum inventum: Galli nihil reliquere inexpertum, quominus ad notitiam hujus ſecreti pervenirent. Magnis enim impenſis ſibi de muſco,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

muſco, ſuccino, Zibetoque providebant, cæteriſque maxime odoriferis aromatibus, quæ produceret Oriens. Sed fruſtra illa omnia fuere: nam neque ſumptus, neque diligentia ſuffecere ad conſequendum, quo adſpirarent. Ergo nobiliſſima Gallicana natio, potius quam negotium veluti deſperatum relinqueret, propere ſe contulit ad majeſtatem Apollinarem, omnium iſtorum aromatum generatricem, illamque ſubnixe rogavit, ne Gallos dedignaretur inſtruere vera ratione ſuffumigandi chirothecas more Hiſpanico. Certiſſimum eſt, non uſque adeo riſiſſe Apollinem, cum videret infelicem Icari caſum, quantum riſerit hac interrogatione Gallorum. Suis vero ſacerdotibus, qui latus ejus clauderent, imperavit, ut odorarentur manus Gallorum, ac dein referrent, quid olerent. Sacerdotes ſtatim morem ei gerebant, renunciaruntque Apollini, odores eſſe bonos. Quo audito, Apollo tale reſponſum dedit, naturam plerunque defectum aliquem rariori virtute compenſare: ideoq; ſcientiam chirothecis conciliandi odoris gratiam tantum

ei conceſſam eſſe nationi, cui manus ſupra modum fæterent.

Hiſpaniæ Monarchia oraculum adit Delphicum exploratum, num unquam ſit obtentura orbis imperium. Accipit contrarium reſponſum.

HEſterno mane horis duabus ante lucem, ſereniſsima Hiſpaniæ monarchia, ſejugis Parnaſſo cum ſummo proficiſcebatur ſilentio, paucis duntaxat aulæ ſuæ fœderatis comitantibus. Maxime inde exortæ ſuſpiciones. Præcipue vero Galliæ monarchia commota eſt, adeo ut ſtatim, certior reddita ejus itineris, inſcenſo equo ſtationario monarchiam Hiſpaniæ inſecuta eodem ferme tempore Delphos pervenerit oraculum ad Apollinare: cui cum Hiſpanię ſeſe monarchia ſtitiſſet, referunt illi, qui præſto fuere, verba feciſſe hunc in modum. O æterna & lucida mundi lampas, ocule cæli dexter, qui non tantum diei, verùm etiam generi humano, omnium bonorum autor es; ſcis ut longo tempore omnes meæ fuerint cogitationes intentæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

tentæ ad imperium illud univerſale, ad quod populus ſolum Romanus pervenit; noſti quantum ſanguinis impenderim; quot theſauros profuderim, ut voti tandem mei compos redderer. Tibi uni innotuere vigiliæ, ſudores, induſtria, atque artes meæ, eum in finem, ut adipiſcerer illud aliquando, quo adſpirarem. Noſti præterea, me virtute nationis meæ, dexteritate ingenii, & opum mearum copia, ante paucos annos, cum in Gallia ſpargerem illa belli civilis ſemina, in quibus ſitam habebam unicam ſpem meam, haud longe abfuiſſe, quominus potirer eo, quo anhelarem. Superandis omnibus difficultatibus nihil reſiduum erat, quam ut Neapolim Mediolano jungerem. Quod ſi unquam præſtare poſſim, ſecure mihi gloriari licebit, me in hoc ludo viciſſe. Verum enimvero aut fatali meo infortunio, aut difficultate negotii, aut potentia tot meorum inimicorum, qui mihi obſtant ſemper, factum eſt maximo cum ſcandalo, ut iſtæ turbæ, quas ego tot machinamentis & tanto ſpatio apud Gallos ſeminaſſem, abſque eo ut eos ſubigere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

bigere potuerim, die uno verſæ ſint in pacem illam & tranquillitatem, quam non ſine trepidatione cordis videre recordarique poſſim. Vt deſinam deſolare tantos meos populos, quos ex animi mei propoſito, quaſi ad ultimum deduxi excidium; nec diutius à vulgo pro fabula ,habear: nunc me coram tua ſtiti majeſtate, quam humillime rogans, ut ad hoc mihi clarum impertiaris reſponſum, num imperium hoc univerſale,quod adeo meo inſcripſi animo; quodque unus eſt omnium mearum cogitationum finis, ex voluntate numinis ſit mihi, meæque deſtinatum nationi. Equidem hoc penitus ſcire aveo, ut ſi forte id fieri nequeat, quietum valeam & tranquillum reddere animum meum: aut ſi fieri poſſit, ingentes animos meis addam Hiſpanis. Quapropter ut verum tibi dicam, qui occultas vides aliorum cogitationes;tot ego ac tantis adverſitatibus terra marique perpeſſis,totque conſpirationibus (quas indies magis magiſque experior) ab implacabilibus meis inimicis petita ac fracta ſum,ut prorſus animum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

deſpondere cœperim. His dictis templum concuſſum eſt, & longe lateque terra intremuit, cùm ex ore Apollinei miniſtri hæc audita ſunt verba: Monarchia univerſalis denuo revertetur ad nobiliſſimam Italam gentem, ubi iis inteſtinis diſcordiis finem impoſuerit, quæ eam externarum gentium ſervituti ſubjecerunt. Poſt triſte adeo reſponſum Hiſpaniæ Monarchia, plane animi anxia, templo egrediebatur, ſummopereque in admirationem rapta fuit. Et quia Monarchiam Galliæ coram videret, cùm illa ſolito primum more humaniſſime collocuta: deinceps eam manu apprehenſam ſeorſim abduxit, ac poſtquam illi expoſuiſſet, quid reſponſi ab oraculo accepiſſet, illi indicavit, Monarchiam univerſalem ex voluntate numinis deberi nationi Italicæ: Galloſque mature experturos novos Iulios Cæſares, Hiſpanos vero ſecundos Scipiones. Ad tutandas res ſuorum excellens remedium ſibi videri, ſi dividerent inter ſe Italiam. Promiſitque ſeſe idem Gallis remedium daturam, quo feliciter in Indis uſa fuiſſet: quoque ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

cura redderetur impoſterum ab natione Italica, ne ex hac peſſima hominum progenie, quicquam vivum in mundo, quam ſolum remaneret nomen. Concede (reſpondit ſtatim Galliæ monarchia) ut ad memoriam revocem infeliciſſimam illam Neapolitani regni diviſionem, quam meus Rex Ludovicus duodecimus nuper Tecum inibat: ac deinde loquemur hoc de negotio, cum non res ita ſit facilis, ſecundo injuria Gallos afficere, quam Tibi video perſuaſum. Quantum vero ad regulas, quas ad ſui ab Italis defenſionem mihi proponis: ſi placuerit, ipſa experiare licet, quoniam vaſtitatem mundo inferre (quod artificium Tuum in India fuit) ac vacuis dominari terris, civile Tibi eſt præceptum; quod non invenitur in jure Gallici imperii. Damno præterea meo edocta ſum animum meum explere parvo, dummodo illud bonum ſit. Et proinde meam ſtabilio magnitudinem in multitudine potius ſubditorum, quam in latitudine regnorum. Et quoniam Galli mei commode ſatis agunt in hoc mundo, non obnitar, ſi alii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

illam ſibi vindicent. Negotium concordiæ Italicæ eſt longum. Tu experientia didiciſti, pharmacum aſſumtum ad averruncandum malum, quod timeatur, ſæpe illud accelerare. Inſita naturæ meæ libertate illud tibi confidenter dicere auſim, negotium ſubjugandi Italiam non ita facile eſſe ac Tu putas: quoniam cum & ego iſtud ſomniarim ſomnium, verum mihi perniciosiſſimum fuerit, vix credere poſſim feliciori ſucceſſu Temet illud experturam. Maximo enim meo cum detrimento illud tandem edocta ſum, Italos eſſe genus hominum, quod oculos plerunque apertos habeat, quo ex manibus alienis elabatur, neque ſervitute externa unquam cicurari. Verſutiſſimæ illæ ſimiæ facile ſeſe in mores ejus gentis, penes quam imperium eſt, formant, cum intimo nihilominus corde inveteratum & inextinguibile alant odium. Propriæ quin etiam ſervitutis dixeris inſtitores, quam artificioſe exercent adeo, ut cùm bracca Hiſpalenſi ſuccincti ſunt, velis nolis, credere urgeant bonos ſe eſſe redditos Hiſpanos; ac ubi
collare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

collare ingens Cameracenſe adſumſerint, jures perfectos eſſe Gallos. Sin ad exitum perducere negotium velis, plus dentium exſerunt quam ſerræ habeant quinquaginta dentibus conſpicuæ. Optimeque referunt avariſſimas iſtas virgines, quæ fraudulenter juvenes depilant, abſque eo ut unquam eorum deſiderium expleant. Sed mihi fidem habe, quoniam maximo meo damno experta ſum, ex negotio ſubjugandi Italiam nihil aliud Temet reportaturam, quam damnum & pudorem.

Philippus Secundus, Rex Hiſpaniarum, ſimul ac de ſuo conſultum eſſet titulo, ſolenni ingreditur apparatu Parnaſſum.

POtentiſſimo Philippo, ejus nominis ſecundo, Regi Hiſpaniæ, ante duos circiter menſes, hanc ingreſſo aulam, introitus publicus, ſolenniſque, non ante heſternam decretus eſt diem: dum arcubus quibuſdam triumphalibus, ab Hiſpanis regali magnificentia fabricatis, hæc inſcriberentur verba: PHILIPPO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

SECVNDO, HISPANIARVM, UTRIVSQVE SICILIÆ, ET INDIARVM REGI CATHOLICO, ITALICÆ PACIS AVCTORI FELICISSIMO. Quod cum plurimis Italiæ principibus ſupramodum diſpliceret, expetebant ut expungerentur, cancelliſque notarentur verba illa, negantes ullo ſe pacto illam Italiæ pacem acceptam ferre Hiſpanis, quam parata pecunia emerent ab Hollandis Zelandiſque. Perdiu de hac diſputatum eſt materia: quamvis Italiæ principes unanimiter decernerent, præſentem Italiæ pacem non bonæ Hiſpanorum menti tribuendam (utpote qui nunquam fuerint inituri, niſi novi metus eos alio divertiſſent:) ſed Flandrici belli beneficio. Nihilominus dum animis maxime inflammatis controverſia hæc agitaretur, Regina Italiæ eam ſolitæ ſuæ prudentiæ interventu ſopivit. Illa quippe, convocatis omnibus principibus ſuis, monuit eos, oſtentationes, vanamque gloriæ cupiditatem Hiſpanis relinquerent: ipſi potius attenderent ad ea, in quibus cardo rei verſaretur, per-

mitterent-

mitterentque Hiſpanos fumo paſci. Equitatus, qui in ſpem favoris concurrerat ad inſerviendum tanto regi, erat copioſior, honoratiorque, quam unquam quiſquis in Parnaſſo eſt conſpectus. Locum habuit rex potentiſſimus inter illos reges, qui magis prudentia & ſagacitate in pace, quam fortitudine in bello, inclyti fuere. Magnum literatis admirationem injiciebat ſymbolum, quod in ſuis geſtaret vexillis, nimirum calamus ſcriptorius, quo ex bonæ fidei hiſtoricis conſtabat, illum in potentiſſimo Regno Galliæ, & alibi, ubicunque commodæ affulſiſſent occaſiones, ruinas majores tempeſtateſque commoviſſe, quam Carolus Quintus, pater ejus, omnibus fere totius Europæ tormentis. Symbolum id multis laudibus extollebatur à ſacro præſtantium virorum collegio, ſummoque ſibi ſcriptores ducebant honori, calamum manu hominis, qui illum dirigere poterat, res adeo memorandas effeciſſe. Tantus Rex in Parnaſſo, ſemper magnificentiſſime excipiebatur, adeo ut præcipui reges Europæ maximo ſe honore affici

 putarent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

putarent, quod illi potuerint inſervire, ita ut altero die poſt adventum ſuum, cum à tonſore tonderetur, Regina Angliæ labrum illi ſub barba tenuerit. Bellicoſiſſimus Rex Gallorum Henricus I V, maximæ ſuæ æſtimabat gloriæ, quod potuerit caput ejus lavare: idque tam ſingulari faciebat artificio, ut eam ad rem natus videretur: tametſi nonnulli malevoli illud abſque ſmegmate, cun lixivio mordaciſſimo, fuiſſe divulgarint. Magno huic regi ab egregiis in Parnaſſo viris varia deferebantur dona, in poeſi, & in aliis ſtudiorum generibus diligenter elaborata; remunerabat viciſſim liberaliter: nam cuidam literato, qui diſſertationem offerebat, quomodo Nobiliſſimam Parthenopen, & florentiſſimum Neapolitanorum regnum, jam rapinis militum, latrociniis & exactionibus judicum ac baronum, direptionibus proregum (qui ex Hiſpania illuc mittuntur, ut fiant pinguiores) penitus exhauſtum & deſolatum, priſcæ amplitudini, ac ſplendori poſſet reſtituere, viginti aureos ducatos donavit. Diſſertationem autem illam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

illam miſit ad Confeſſorem ſuum, cui mandavit, ut ſedulo evolveret, tanquam ſanctiſſimè conſcriptam, quamquam alteri ſcripto exhibito ſibi à periori politico, plane contrariam, quo adſtruebatur multo magis affligendum eſſe regnum illud, quam hoc tempore fiat: docebatur item, quomodo debeat reduci ad tantam calamitatem, miſeriamque, generoſus ille equus, quem infrenem & ſine ephippio, ſedes imperii parum feliciter oſtentat, ut patienter poſſit ferre clitellas, onera & vehiculum tandem trahere. Hunc tractatum prudenter ac ſecundum veras bonorum politicorum ſenſus ſcriptum eſſe ajebat, auctorique donum dedit duodecim millium aureorum nummorum, ad maximam etiam Hiſpaniæ dignitatem evexit.

Omnes Principes, Reſpublicæ, & Imperia, ponderantur ſtatera Laurentii Medicæi.

QVoniam clare liquet, Romanam Rempub. poſt adeptionem imperii totius Italiæ brevi potuiſſe exſurgere ad

ad illud imperium univerſale, quod fuit, & adhuc in mundo adeo eſt celebre, & ad quod multi fruſtra adſpirarunt principes: imperia & regna, quæ ex cæmento tantæ monarchiæ conſtructa, conſilium inierunt, an ſi imperium & vires ejus principis, cui ſigillatim nemo poſſit reſiſtere (ut neque olim Reip. Romanæ, poſtquam totius Italiæ imperium eſſet nacta;) ſerpere permittantur, ſit impoſſibile prohibere, quo minus ad monarchiam univerſalem perveniat: quoniam adjumenta & auxilia gentium ob diverſa ſtudia & infinitas ſuſpiciones, quæ ſolent inter collegas ejuſdem negotii intercedere, aperte docuiſſent, vanas eſſe ſpes & remedia miſera. Imperia & regna, quæ poſt ruinam Monarchiæ Romanæ orta ſunt in mundo, ut illas evitarent calamitates, eaque excidia, quæ perpeſſi ſunt iſti, qui Romana ſunt potentia oppreſſi; maxime ſalutifero, & veluti divino conſilio convenerunt inter ſeſe, ut quinquennio quoque omnes congregarentur Europæ principes, ubi eorum ponderarentur vires, contrario pondere oppoſito, & ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

æquilibrium redigeretur, quicunque fuiſſet compertus accreviſſe ad magnitudinem ſocio ſuo odioſam & periculoſam. Multi maximi ingenii viri præfecti ſunt honorabili hujus ponderationis oneri. Sed jam à centum annis & ultra, exercitum fuit negotium hoc à ſereniſſima domo Medicæa, & præcipue à magno Laurentio. Quæ prærogativa etiamſi multis viſa eſt admodum offendiſſe majeſtatem Pontificis, & prudentem ſenatum Venetum (qui ſi non potiores ſunt, ſaltem pares Laurentio, Florentinæque Reip. ut habeantur, ſemper invigilarunt, conſervando in Italia, & extra eam, æquali potentia ac cæteri principes Europæ) mirabili nihilominus hiſtoricorum conſenſu totum illud negotium ponderandi creditum fuit Laurentio. Calendis itaque Auguſti omnes Europæ principes, magnateſque, in Phocide erant, ut examini intereſſent, quo perfectiorem rerum ſuarum cognitionem haberent, & (quod in materia ſtatus majoris eſt momenti) etiam alienarum. Vetuſtâ itaque, & juſtiſſimâ prærogativâ diſ-

 quiſitio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

quiſitio cæpit ab ariſtocratica ſedis Apoſtolicæ monarchia: cujus ſtatus temporalis fuit collocatus in ſtatera, & propterea quod pondus præteriti quinquennii ſex millionum fuerit librarum, & jam ad ſeptem cum dimidio perveniſſe reperiretur, quilibet animadvertit adjectionem nobiliſſimi Ducatus Ferrarienſis illud effeciſſe incrementum. Poſtea elevatum fuit velum, & in medio divinitatis apparuit ſacer gladius anceps autoritatis ſpiritualis & temporalis, explendeſcens inſtar clariſſimi ſolis: quæ quidem ſunt arma cælitus Pontificibus miſſa. Quoniam res tanti pretii neutiquam ponderari ſtatera humani poterat judicii, omnium duntaxat animis honori, cultui & admirationi fuit. Poſt hunc ſtateræ à ſeptem electoralibus principibus Romanum impoſitum eſt imperium; quod in antiquis reperitur codicibus perveniſſe ad ſeptuaginta millionum pondo. Poſtea vero præ incontinentia vitæ multorum imperatorum, hæc prævalida corporis conſtitutio, quę illud omnibus tremendum reddebat, adeo eſt conquaſſata & debilitata,

ta, ut in periculoſam illam & fœdam infirmitatem inciderit, quæ longam febrim quartanam febri mutarit Ethica, adeoque conſumpſerit, ut ætate noſtra præter pellem & oſſa nihil remanſerit reliquum. Nihilominus etiamſi adeo ſit comminuta, motu tamen corporis ſui pulcerrimam præbet ſpeciem. Præterea ne nævi interiores cognoſcantur à quoquam, viri boni, titulo Auguſto, & Cæſareæ majeſtatis nomine, egregie illud fucarunt honeſtaruntque. Etenim ubi ventum eſt ad actum ponderandi, plane vacua intrinſecus eſt reperta, cum nulla levior ſit pluma caſſo & vano principis titulo ſine auctoritate. Unde pondus imperii Romani uſq; adeo imminutum, ut non exſuperare quadringentarũ & octoginta librarum pondo compertum ſit, infinito ipſorum etiam Electorum laicorum cum pudore, qui credebantur ſuis artificiis illud ad ſtatum adeo infelicem deduxiſſe. Quoniam communis erat opinio, illas urbes, illaque imperia, quæ ipſi non potuiſſent occupare, eo tandem adduxiſſe, ut rebellantes contra imperium libertatem
ſibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ſibi vindicarent: idque in eum finem, ut imperatoribus nihil virium relinqueretur armis repetendi ea, quæ ipſi tanta cum perfidia occupaſſent. Miſerabile viciſſitudinum humanarum exemplum, tremendum illud imperium Romanum, malignitate, avaritia, ambitioneq; ſubditorum ſuorum nefarie exutum & ſpoliatum omnibus ſuis antiquis dominiis, eò deductum, ut cubiculo elocandum ſit miſerrime ſeptem ducatorum ſalario menſtruo: quod potius ſub nomine recognitionis eleemoſynæque, quã debiti tributi, ſolent exhibere, ut ſufficiat ſumtui, quem in alimentum faciat. Ita ut sereniſſima domus Auſtriaca ſuorum principatuum paternorum magnitudine ſuſtentare dignitatem imperialem, iam redactam ad abiectam uſque adeo conditionem, adigatur. Tanta calamitas licet multis principibus miſericordiam cieret, cum recordarentur nihilominus inſolentiæ Henrici, crudelitatis Frederici, ſeditionum, impietatis, rapinarumque ab aliis in Italia Cæſaribus patratarum, libere proferebant, non rapacitatem Electorum, neque perfidiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

populorum Germaniæ, ſed ſummam omnium Europæarum principum fuiſſe prudentiam, bono publicæ ſecuritatis, & pacis, ſubſecare ungues, pennas eximere præcipuas ex alis hujus aquilæ, quæ non aliam unquam eſſet vitam profeſſa, quam rapinis victitandi: quæque crederet univerſas Europæ gentes, quaſi minutas columbas, prædæ ſibi fore. A nonnullis fuit obſervatum, principes Italiæ incredibilem inde percepiſſe lætitiam, quòd viderent, imperium Romanum ad tantam eſſe infelicitatem redactum; ut qui avaris imperatorum itineribus in Italiam ſe millies indigne ab illis exceptos eſſe ſcirent. Deinde ab inclytis Paribus allatum fuit florentiſſimum & bellicoſiſſimum Galliæ regnum ad ponderandum machina quadrata undiqueverſus I Ↄ L millium ambitu, plena numero infinitorum nobilium, equis armata; quæ omnia non pacem tantum tutantur, verum etiam univerſis gentibus metuendum tantum faciant regem. Ubi præterea ingens religioſorum hominum numerus, qui illam faciant ſacram & venerandam; li-
teratorum,
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

teratorum, qui illam exornent; mercatorum & artificum, qui eandem pecunioſam; agricolarum, qui illam fertilem & copioſam, omnique bono affluentem reddant. Attamen nulla res majori admiratione afficiebat oculos ſpectantium, quam quod viderent regnum Galliæ eſſe mare, quod ſeminaretur, & terram, quę navigetur omnibus ventis. Antiqua tam inclyti regni gravitas viginti millionum pondo fuit: verùm præteriti quinquennii pondere, propter horrendas calamitates, quibus perfidiâ quorundam ſuorum hominum involvebatur, non pervenit ad duodecim milliones: nunc vero non æquat dumtaxat, verum etiam longe anteit gravitatem priſtinam, cum pondere exæquet viginti quinque milliones. Hæc res tantam omnibus injiciebat admirationem, ut Hiſpani tandem naſo appoſitis perſpicillis, accuratius penitiuſque rimarentur oculis, ſtatera num æqualis foret. Vetuſto deinceps regno Galliæ adjecta eſt Brixia, donum Ducis Sabaudiæ, quæ quod multum faceret ad Lugdunum, millione adauxit pondus.

A mag-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

A magnatibus Hiſpaniæ deinceps ſtateræ ad ponderandum multa Hiſpaniæ regna illata ſunt. Ea incredibili ſenum horum ſtupore (qui meminerant, ante annos centum & viginti hæc regna fuiſſe viliſſimæ exiſtimationis) ad viginti millionum pondo pervenerunt. Hiſpani abunde regnorum ſuorum pondere erant contenti, quia ſibi perſuaderent, ſe adjectione plurium provinciarum reliquarum, non tantum in ſtatera æquiparari poſſe, verum etiam longe ſuperaturos pondus viginti quinque milliorum Gallicanæ Monarchiæ. Confeſtim itaque in ſtatera florentiſſimum poſuere regnum Neapolitanum ; quod cum omnes duos milliones pondere æquaturum credidiſſent, tamen non plus valuit ſeſquialtero. Cujus rei novitate Hiſpani perculſi, dicebant, aut Laurentium in hoc examine fraude uſum eſſe, vel ſtateram neutiquam eſſe juſtam : quoniam res foret admodum inconcinna & abſurda, adjunctis veſtimentis pondus diminui. Tandem etiam ira accenſi Hiſpani petiere, ut Medici quieſcerent, ne forte intolerabili contumeliæ Flandriæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

driæ, Maſſiliæ, & Aldigeriæ novas adderent offenſiones & odium Hiſpanicum concitarent. His ſine æſtu animi ſalſe Laurentius reſpondit ; ſtateram ſuam eſſe juſtam, neque id quod dicerent, aggravare Neapolitanos, & Mediolanenſes, in tantũ Hiſpanorum violentia laceratos, ut nec multitudo gentium ſuſtinere tam malignum valeat Hiſpanorum imperium: neque Italiam habitatoribus vacuam obſtare; ſed pietatem, multitudinemque ſubditorum, fæcunditatem, & concordiam ſtatuum, graviſſimum eſſe pondus, quod efficiat ut redundet. Cum manifeſta deinde indignatione Laurentius ad id, quod ad Flandriam, Aldigeriamque pertineret, reſpondit, Hiſpanis quidem à magnis Hetruriæ ducibus amorem, honorem, & cultum præſtitum iri, ſi duntaxat ſeſe intra limites vellent honeſtatis continere. Illos magnopere errare, ſi ſperarent, poſſe ſe aliquando Medicos expellere Florentia, prout expuliſſent infelices illos Sfortias Mediolano. Imperia neutiquam poſſe apud principem, tanquam pecunias eo deponi animo, ut
deinceps

deinceps tempore opportuno repetantur. Præmium magni cujuſque beneficii peſſum ire, ſi alter, qui contulit, in eo poſtmodum ſit, ut eripiat. Tunc principes, qui compertum habebant cum negotio hoc male eſſe comparatum, interceſſerunt inter Laurentium, & Hiſpanos: ſermocinationeſque has rejicientes odioſas, petierunt, ut in ponderando pergerent. Hiſpani itaque in ſtatera adjunxerunt ducatum Mediolanenſem, qui itidem pondere ſuo æquavit millionem. Unde uſque adeo ob ſtupefacti erant, ut imponere Flandriam recuſarent, metu majoris deſpectus & contumelię. Dicebatur quidem, ſi impoſuiſſet Indiam, mirabilia ſane fuiſſe eventura: ſed non pro miraculis habenda ſunt, quæcunque à quibuſdam halophantis, & largi oris hominibus, narrantur, qui eadem facilitate ſermones de ſcutatorum millionibus ferunt, ac fornacarii domi de calicibus, & matulis. Poſt hos advocati Angli intulerunt ſtateræ ſuum regnum, formidabile propter fortitudinem admirandi ſitus, quippe perpetui montes vicem muri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

eam undecunque cingunt, potentiſſimi numinis manibus creati in formã munimenti: Oceanus pro foſſa profundiſſima obductus regnũ illud tremendũ reddit, propter commoditates, quas alios invadendi habet, & inſuperabiles difficultates, quas ii, qui eo volunt appellere perſentiant. Pondus hujus regni tranſacto quinquennio fuit quindecim millionum pondo: nunc autem non pervenit ad novem. Cauſa tantæ diminutionis, pręter regni hujus nefariam apoſtaſiam, adſcribebatur quoque iſti, quod Rex genere eſſet extraneus in regno novo: propterea non poſſe niſi ſpatio longiſſimi temporis bene ſeſe in eo ſtabilire, & pedem figere in ſtapedis novi regni ſui. Quapropter Angli, ut gravem ſuam redderent ſtateram, volebant injicere regnum Scoticum: ſed in armis mox viſa tota nobilitas Scotiæ, quæ libere ajebat, non debere tolerari, ut ſua patria Angliæ regno adjungatur. Conſtat regem Angliæ nullum iis hominibus offenſæ indicium præbuiſſe, qui ſe præſente & omnibus Europæ principibus adſtantibus, tanta locuti eſſent cum audacia.

dacia. Imo potius, humaniſſimis verbis fidem feciſſe, concordiam Scotiæ immenſa tuliſſe emolumenta. Ad quod Scoti retulerunt, recens deplorandum miſerorum Flandrorum eſſe exemplum, qui cum viderent Comites ſuos jam reges Hiſpaniæ factos eſſe, inſipienter credebant Hiſpanos ſibi ceſſiſſe, cum temporis momento non Hiſpania Flandris, ſed Flandria avaris crudelibuſque Hiſpanis acceſſerit. Et ut ſummæ quæque referantur miſeriæ, Carolus Quintus Imperator, & Philippus ejus filius, perpetua mora in Hiſpania ex Belgis cum facti eſſent Hiſpanienſes, infelices Flandri propterea quod perdidiſſent principes ſuos, pro ſubditis naturalibus cœpti ſunt haberi externi & populi ſuſpectę fidei. Et quod propterea Flandria, patria Caroli Quinti, patrimonium Philippi Regis, juxta regulas hodiernæ politices, è quinque unum facta ſit dominium: & proinde gubernari cœperit ab hominibus peregrinis, tantis ſuſpicionibus, conculcationibus, tot vectigalium exactionibus, ſubventionibus, donationibuſque; ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

non leviter aggravarint & moverint ſtomachum peſſimæ illæ ſatisfactiones; è quibus nata ſunt bella civilia, quæ poſt ineffabilem auri profuſionem, infinitam effuſionem ſanguinis, incredibilem jacturam honoris Belgici ſunt converſa in avaram Hiſpanorum mercaturam. Ex miſeriis adeo deplorabilibus didiciſſe Scotos, non permittere ullo modo, ut ſuus Rex deſerat patriam, & ſolium regale antiqui ſui regni deferat in regnum majus ſibi nuper acquiſitum. Ita enim fore, ut Scoti ab Anglis inimicis ſuis omnes illas experiantur calamitates, quas gentes inferiores cogantur à ſuperioribus, & à quibus regantur perpeti, poſtquam Regnum Scotiæ adjunctum foret Anglis, & Reges Scotorum facti eſſent Angli, Scotia in ſua infelicitate par eſſet Flandriæ, & Angli in ſuperbia, in crudelitate, inque avaritia Hiſpanis. Qui adfuerunt huic negotio, referunt, Hiſpanos monuiſſe regem Angliæ, ut Scoti, qui tanta locuti fuiſſent arrogantia, in præſentia S. Majeſtatis caſtigarentur: Regem vero Angliæ reſpondiſſe, non

decere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

decere Hiſpanos alteri illud conſilium dare, quod ſibi ipſis infeliciſſime ſucceſſiſſet: imo imperaſſe, ut deſiſterent ab examine, fidemque ſuam obligaſſe, ſe illis abunde ſatisfacturum propediem. Poſtea ſtateræ illatum eſt vaſtiſſimum imperium Ottomannicum, quod præterito quinquennio, ad numerum triginta duum millionum pervenit: verum jam eſſe infra ſedecim cognitum eſt. Hoc, ut novum plane, hi principes admirabantur magnopere, & præcipue Sereniſſimi Veneti, qui non poterant credere tantam imminutionem, eoque urgebant, ut majori diligentia denuo ponderaretur. Et repertum, minuto illo tempore, quod currebat inter primam & alteram trutinam, defeciſſe octingentas & viginti libras. Eaque res planum apertumque unicuique fecit, Imperium Ottomannicum olim mundo formidabile, jam conſumtum carie, avaritia, ac otio, præcipiti ruina collapſurum: quod mirum in modum omnibus arridebat principibus. Certum quidem eſt, quod à ſagaciſſimis notatum fuit hominibus, hila-

ritatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ritatem Hiſpanorum eſſe mutatam in dolorem, propterea quod metuerent, ne Turcarum decrementum cederet in Reip. Venetæ incrementum. Senatores deinde Poloniæ in ſtatera ponebant regnum ſuum: quod propter ſeditiones hęreſeos in illud introductę; & exiguam auctoritatem, quam in illo Rex habeat, & ſupervacaneam potentiam, quam Palatini ſibi arrogarunt, non multum ſtateram depreſſit: quoniam non pervenit ad ſex millionum pondo, cum antehac ſemper ſuperarit duodecim milliones. Poſt hos magni illi ſapientes, qui ſunt in terra continenti, & tremendus ille magiſtratus, qui è denis capitibus conſtat, intulerunt in ſtateram Remp. Venetam, admirabilem ſua magnitudine & opportunitate ſitus, aptam conatibus magnis. Hæc egregie ſe in examine expedivit, quoniam pertigit ad octo milliones. Dicebatur id contigiſſe, propter magnam illam maſſam auream, quam hi ſapientiſſimi principes in ſuis theſauris tam diuturna pace collegiſſent. Deinceps Helvetii, Rhæti, & alii liberi Germaniæ populi, in ſta-
teram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

teram ſuas portarunt reſpublicas, quibus Principes reſiſtebant, urgendo ut ſeparatim una ab altera examinaretur. Enimvero cum Laurentius in ſtatera poſuiſſet rempub. Baſileæ; cognitum fuit, maximam aliarum Germaniȩ rerumpublicarum partem adeo invicem copulatam & connexam eſſe, ut non poſſet una ab altera ſeparari. Hoc multorum principum ambitioſorum frontibus ſudorem expreſſit, adeo ut Laurentio coacto omnes ſimul imponere ſtateræ, compertum fuerit, non minus eas eximere à craſſiore latere potuiſſe. Deinde Dux Sabaudiæ juſſit à nobiliſſimis ſuis équitibus ordinis Annuntiatæ, in ſtateram ſuum ferri Ducatum: quod æquabat gravitatem prioris quinquennii. Cæterum cum Laurentius adjeciſſet ſtateræ nobiliſſimi tituli prærogativam, quo ille Dux Carolus Emanuel fruebatur, primi Italiæ bellatoris; compertum fuit, illum pondus habere millionis, & quadringentarum ac viginti librarum. Hinc pompa & majeſtate regia apparuit Dux Lotharingiæ, cujus Ducatus, quantumvis exiguus, æquavit

 pondus

pondus ingentium regnorum: & animadverſum fuit illud accidere ex opportuno hujus principatus ſitu: quippe, qui multum negotii faceſſat Belgis, cum impediat, quo minus Itali opitulentur, quoties auxilium eorum implorant Hiſpani. Atque hac de cauſa tantum famæ ac honoris decus conſecutus erat, ut ad pondus auri collati plus offerenti ad vocem auctionarii merces iſtius venderet ſuæ appendicis, adeo quidem ut (poſtquam belle emunxiſſet Hiſpanos non cedendo ulli religioſo Baroni Gallo ex Liga ut vocant ſancta; & ſeſe Gallis poſtea adiunxiſſet, qui conflictu ſuperiores fuerant) tanta cum felicitate auram popularem ſciverit captare, ut ex Gallis, quales fuere Maximus Henricus IV. Magnus Dux Hetruriæ, Duxque Mantuanus, lætarentur hoc nomine, quod affinitatem cum illo contraxiſſent. Et quo citius ad ſupremum culmen zelotypia Hiſpanorum adſcenderet, æterna Venetorum Reſp. tanto affectu, ſuo ſtipendio quendam ex iſtis principibus conduxit, ut ſi Sereniſſima illa matrona votum perpetuæ caſtitatis

non

non iniviſſet; & ab Venetis principibus ejus pudicitiæ invidis, jam à prima nativitatis die, more quorundam Indorum, naturæ dotibus non bene fuiſſet ornata; pro certo crediderint multi, ei fuiſſe principi nupturam. Magna invidia fuit cognita, qua Dux Sabaudiæ felicitatem ejus principis ptoſequeretur, quod animadverteret, ſicut ipſe baculi vicem præſtaret inter Gallos, & Hiſpanos Mediolanenſes, ſimiliter quoque Ducem Lotharingiæ eſſe inter Gallos, Hiſpanoſque Flandricos. Ac quod pro tam luculento beneficio, tantaque utilitate qua afficerentur Duces Lotharingiæ, non minus à Gallis in præſenti tempore inimicis, quam ab Hiſpanis, calcibus fuiſſet impetitus; ita ut quibuſvis palam fieret, veriſſimè Ducem Sabaudiæ dicere, ab Hiſpanis plurimum ſe damni accepiſſe. Deinceps ab octo tribunis deponebatur in ſtatera Ducatus magni Ducis Hetruriæ, plane dignus admiratione tot excellentibus civibus atque incolis, qui conſiliis & laboribus aſſidue contendunt, ut regatur perpetua abundantia propter pacem & ſecu-

ram quietem, qua fruitur: poſtquam potentia ejus par evaſit cuicunque ex præcipuis Monarchiis. Omnibus palam fuit, Laurentium magnopere exultaſſe, ubi conſpexit, ſupra fundamenta Eccleſiarum, & xenodochiorum, à ſe ſuiſque majoribus tempore Florentinæ pacis patrię additorum; ſucceſſores pro modo patrimonii ſibi relicto à Coſmo Magno, potuiſſe poſtmodum extruere munitiſſimas urbes. Quapropter Laurentius virtutes ſuperbe ut oſtentaret, ſuorumque ſagacitatem principum, ſtateræ impoſuit grande Ferdinandi Magni cerebrum: ob cujus ingentẽ gravitatem ſtatera uſque adeo deprimebatur, ut craſſa frangeretur catena, unde dependebat, cerebrumque effunderetur. Hinc cuncti principes percipiebant, eximiam prærogativam, quæ erat penes curiam Romanam in producendis raræ prudentiæ viris; quoniam nemo ignorabat, ex hoc ludo egreſſum eſſe ſagacem iſtum diſcipulum. Fors quod ſtatera fracta erat, obſtabat, quo minus ulli Italiæ principum, qui ſupererant, poſſent ponderari. Decretum itaque fuit, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

pro antiqua conſuetudine libraretur Monarchia Hiſpanica, oppoſito pondere omnium principũ Italiæ, & ut ex horum pondere generali poſſet deinde ratio ſingularis uniuſcuiuſque iniri. Ea de cauſa in medio maximi conclavis apportata fuit ingens ac juſtiſſima ſtatera; cui ab una parte injiciebantur regna omnia Hiſpaniæ, ab altera omnes Italiæ Principes. Perſpectum erat, ſtateram in æquipondio conſtitiſſe. Fuit negotium multi laboris Italiæ principibus. Quibus in ſummo angore conſtitutis, nonnemo obſervavit potentiſſimum Galliæ regnum, benigno ſolum intuitu ſtateræ, in qua Italiæ principes erant, maxima cum lætitia feciſſe ut vergerent. Nec hoc præteriri debet, Hiſpanos, poſtquam vidiſſent Duces Sabaudiæ, qui præterito quinquennio abnuebant æquiparari potentiæ Italicæ, nunc vero ſtateræ impoſiti erant, ut compararentur potentiæ Hiſpanicæ; morſu digiti fuiſſe iis comminatos. Quod ſimulatque hi principes certum habebant, inſita animi magnitudine ac generoſitate hunc in modum dixere: Domini Hiſpani,

ni, dilapſum iam tempus eſſe ulterius homines inani ſpe lactandi, omnibus veſtris factis edocti ſumus. Sicque exiſtimamus de anteactis rebus, ut impoſterum rationes inire cupiamus alio carbone, quoniam veſter, quo hactenus uſi ſumus, multum tinxit & conſpurcavit manus noſtras. Non artificia veſtra eo inſaniæ deduxerunt Sabaudiæ Duces, ut illud panis fruſtum, quod faucibus tenent, imperiumque, quod poſſident, relinquere velint pro umbra magnæ hæreditatis Hiſpaniæ, quam conſpiciunt in fluminis fundo. Et quandoquidem Hiſpani inſtituerent hujuſmodi querelam; Duces Parmæ, Modonæ, Urbini, Mirandulæ, & inſignes Barones Romanos, videlicet Cajetanos, Columnas, Urſinos, qui aureo vellere decorati eſſent, fuiſſe ponderatos unà cum Italorum virtute & potentia, cum tamen ſibi ob ordinem equeſtris dignitatis & ſtipendia, quæ iis ſuppeditarent, eſſent obſtricti, obſequium etiam miniſterium celſitudinis præſtare deberent: ad ea ab illis dominis reſponſum fuit, Principes & Barones Italos, à monarchia quidem

cem Hiſpanica accipere honores aurei velleris, & frui ſtipendiorum commodo; ſed ſimiles eſſe illis fœminis, quæ ab amaſiis ſuis ſolius urbanitatis officio recipere ſoleant dona; non autem quòd in animo habeant turpe aliquid cum iis committere.

Quamobrem Hiſpaniæ monarchia in aulam ſuam ſe receperit.

QVoniam multi effluxerant dies, ex quo monarchia Hiſpanię non comparuiſſet in publico, nec domi duntaxat ſuæ latuiſſet ſemper, ſed etiam dies noctesque fores clauſas regiæ ſuæ tenuiſſet: principibus Italiæ, & præcipue Venetis, acutiſſimis indagatoribus cogitationum, diligentiſſimiſque obſervatoribus actionum magnæ hujus Reginæ, occaſione rei adeo novæ, & inſolentis, maximæ incidêre ſuſpiciones. Et quia nunquam ratio ejus rei inveſtigari potuerit, quid tanta ſibi vellet ſolitudo, omnes collegere, grande quoddam myſterium ſubeſſe. Veneti metu ſtatus rerum ſuarum, omnem faſtidientes mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ram, admotis ſcalis, per feneſtram intravere regiam. Ita animadverſum ab iis illam penitus occupatam, cumque miniſtrorum ſuorum quopiam, Conte de Fuentes, conſultare de cunctis foraminibus Palatii ſui obſtruendis. Unde Veneti, optime proſpicientes, quem in finem iſtos ſuſcepiſſet labores, certiores fecere amicos, arma eſſe induenda, quoniam Hiſpani ubi vias omnes obſtruxiſſent, quibus ſuppetiæ ferri queant, ſecure poſſent venari mures, ex quibus adornarent inſigne aliquod macellum.

Dux Albanus, cum perveniſſet in Parnaſſum, dum cum Proſpero Columna aulicatur, ob defraudatos titulis Columnenſes ad manus devenit.

FErdinandus Toletanus, Dux Albæ, paucis elapſis diebus in Parnaſſum veniens, cum ab viris militaribus, ex ſingulari Apollinis decreto, factum eſſet diligentiſſimum examen rerum ab eo geſtarum, dignus viſus eſt, qui in Parnaſſum reciperetur illos inter illuſtres Duces,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Duces, qui cunctando facilius, arteque militandi, citra ſanguinis profuſionem, hoſtem noviſſent devincere, quam vi aperta, animoque bellico, regnorum fortunas dubiis ditaſſent conatibus. Verum enimvero cum Ludovicus Guicciardinus, ſapientiſſimus Belgicarum rerum ſcriptor, aliquoties conqueſtus eſſet, certas ob cauſas parum fuiſſe gratum, quæ ipſe indigne à Duce exceptus ſcripſerat: operam dabat, ut ſe ab eo, cujus accuſaretur, purgaret. Vigebat enim in Parnaſſo edictum, quo in infamiæ incidiſſe pœnam ille ſeu princeps, ſeu privatus, pronunciabatur, qui de hiſtorico, aut alio ſcriptore, auſus fuiſſet vindictam capere ob res parum honorifice de ſe ſcriptas, quæ veræ fuiſſent. Sed amici adeo præpotentes Duci erant, ut Guicciardinus ſatius putaret, illas recantare querimonias. Proinde deinceps nunquam non admittebatur in Parnaſſum: locumque habuit inter illos Apollinaris majeſtatis milites, qui ab Illuſtriſſimo ducerentur Quinto Fabio Maximo, ob excellentem ſuam prudentiam Cunctatoris nomen ſortito. Eve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

nit ut inter alios principes, ac inſignes Duces, Dux ille inviſeret Illuſtriſſimum Proſperum Columnam: à quo excipiebatur omni honorum genere, tanto magis, quod illi innotuerat, Ducem hunc publice profiteri, ſe eſſe diſcipulum ſectatoremque ſagacitatis, & imitatorem tarditatis: velleque haurire ſecuriorem belligerandi modum ab hoc illuſtri Proſpero. Sed res mira, & faſtidioſa prorſus inter viſitandum contigit. Nam primo in alloquio cum Dux illuſtri Proſpero titulum *Tuæ* dediſſet *humanitatis*, magnopere Proſper indignatione accenſus; ut, qui titulum adeo vilem ſummæ injuriæ loco reputaret; eum in modum contenta voce reſpondit. Dux, equidem mihi perſuaſeram, huc te adveniſſe ad honorem illi præſtandum, qui te maior eſſet, non ut detraheres. Cum igitur, qui è Columnarum ſunt familia, quoties verbis fuerint iniurias perpeſſi, id ſoleant redhoſtire factis, exi protenus domo hac, ut in platea ferro tibi confirmem, quotquot cum meis æqualibus agant vilem adeo in modum, indignos eſſe, qui admittan-

tur

tur in commerciis hominum virtute inſignium. Dux ſtabat attonitus, conſpecto magni adeo Ducis animo, & ut vim propulſaret, quam Proſper inferebat, quo eum atrio ejiceret, ad manus cum illo devênit. Quapropter Hiſpani, qui in comitatu erant Ducis, ſimulatque illum cum Columna rixari perceperunt, irrupere, ut illi opem ferrent. Itali famuli illuſtriſſimi Proſperi juxta agebant. Vbi in locum admodum anguſtum ingens hominum concurriſſet multitudo, ex rixa atrox conſecutum eſt certamen. Rei iſtius rumor late quovis diſperſus, in cauſa fuit, quod fama tam periculoſi caſus ſubito ſit delata ad Apollinem: qui præpopera illuc feſtinatione Præfectum legionis vicariæ, cum cohorte ſagittariorum legavit. Ita Dux manibus illuſtriſſimi Proſperi ereptus fuit; ac ſedato rumore imperatum eſt Hiſpanis, jam male admodum habitis, ut ſe domum quiſque reciperent. Statim illuſtriſſimus Proſper, priuſquam ullus ſiniſtre rem narraret Apollini, ſtitit ſe coram eo; cui non ſine magna animi vehementia hunc in modum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

dum locutum conſtat. Sereniſſime Rex, cognitum unicuique eſt, eos qui ex eodem mecum Columnarum genere ſunt, perpetuo fruitos eſſe titulo ſuæ Excellentiæ, iam antequam Abraham eſſet, & Hiſpani in rerum forent natura. Quod igitur hæc gens contemnere conatur aliquem mei ordinis; uti aggreſſus eſt in ædibus meis Dux Albanus, prorſus intolerabile ſentio. Quapropter eius ſi obſcuritas qui offendit, infinitis partibus adaugeat iniurias ejus, qui eſt læſus: quomodo poteſt fieri, ut Baro Italus, qualis ego genere ſum, ſe contineat intra limites modeſtiæ, ubi ſe vilipendi cernat ab natione Hiſpanica: cuius gentis miſeria, quatuor elapſis diebus, ita commiſeratione mundum affecit univerſum, ut ab eccleſia charitati commendaretur fidelium Chriſtianorum, quo ex collectis elemoſynis liberaretur miſera ex ſervitute, qua dure uſque adeo perſenſerat ſe à Mauris in Granata afflictam. Fruantur Hiſpani dominio maximæ partis Italiæ, ubi illi ab æqualibus meis (quanquam crudeliſſimam omnibus ſervitutem & captivitatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

vitatem minentur) omni honore & ſervitio coluntur. Ecce portentoſa illorum avaritia privavit nos noſtris facultatibus, & in miſerabili direptione Romana, inexplebili ſuorum libidine, matronis caſtitatis abſtulere decus. Nunc quod redhoſtimento adeo abjectæ potentiæ cupiant ultra eripere exiguum hunc honorem in fumo reſidentem, hoſque nudos titulos, & ærumnoſa Italicæ dignitatis veſtigia: ſane res eſt, quam etiam ſtomacho valentiſſimus difficulter adeo concoquere poſſit, ut ab honoratis omnibus Italię baronibus debeat vindicari, non verborũ querimonia, uti à me fit, ſed ſtricto ferro. Qui his interfuerunt, referunt, Apollinem, orante Illuſtriſſimo Proſpero, vultum præbuiſſe alacrem, & quanto magis excandeſceret Columna, tanto amplius hilaritatem ex divina Apollinaris maieſtatis facie coruſcaſſe, adeo ut, ubi Illuſtriſſimus Proſper prorupiſſet hæc in verba admodum audacia: contumelias, quibus Hiſpani Italos afficerent, debere vindicari acie pugionis, apertum in riſum, & ſimul hæc eruperit verba: Proſper nimis ſemper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

fuiſti iracundus, & porro eris. Quare adhoc impellor, ut dicam, me ſummopere offendi, ubi video, aliquem tuæ conditionis, qui ſingularem ſemper profiteatur prudentiã, mirari hoc, quod ſervi iſti, annos per viginti in triremibus nutriti nigris fœtidiſque buccellatis, quando in fornacem incidunt panis ſpongioſi, ſeſe implere uſque ad rupturam abdominis. Quapropter rabioſa hæc illorum fames, cunctæque ſpurciſſimæ actiones, quibus uti videas ad ſe exſaturandum; viris cordatis illas conſpicientibus, non uſque adeo habendæ odioſę, cum potius his cieant miſericordiam. Proinde per vos Italos liceat Hiſpanis, hominibus adeo in mundo novis, nuperque ex ſervitute Maurorum Granatenſium liberatis, ſaturari cibo, ſic faciente ad ſuum palatum, & honoratis iſtis titulis, quos nacti ſunt in Italia: quippe ſic vobis ſpondeo fore, ſimulac iſtos vana hæc expleverint, etiam hos non Gallis minus fore moribus excultos, ſic ut equiſonibus ſuis, quanto magis tuæ ſortis viris, libenter ſint conceſſuri titulum Excellentiæ. Velim

ſcias,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ſcias, ſi tibi eadem ac mihi prudentia, perfectaque adeo rerum ſecularium cognitio, fuiſſet; facile te animadverſurum fuiſſe, exceſſus iſtos, & odioſos procedendi modos, quibus Hiſpani fuere in Italia uſi, de quibus uſque adeo conqueſtus eras, dulciſſimum vobis Italis fuiſſe ſaccarum, at amarum maxime venenum genti Hiſpanicæ. Quæ ſi ſuæ auctoritati, calliditati, inexplicabilique ambitioni dominandi, adiunxiſſet mores amabiles, jam everſis libertatis reliquiis, quæ necdum in buccam deſcendêre manduci, exiguo tempore ad univerſale dominium adſcendiſſet. Inſolentiæ hæ non à vobis Italis, verum ab ipſa Hiſpaniæ monarchia cum omni crudelitatis genere erant ferro vindicandæ in Hiſpanorum miniſtros; qui vanitate ſua optimis quibuſque tantæ reginæ famulis, ipſiſque adeo ſubditis, nauſeam non levem moviſſent. Quæ confuſio cum magnopere infringat univerſalis hujus monarchię potentiam (ad quam pervenire nequit publico univerſæ Italiæ odio) remedio quam maxime eget. Apollo cum hujuſmodi reſponſo

ſponſo Illuſtriſſimum Proſperum, cui abunde ſatisfecerat, domum remiſit. Poſt hunc coram S. Majeſtate Dux Albanus cum univerſa ſua comparuit familia, tanta cum melancholia, ut unguentum album, quod in vultu erat, impediret, quominus Hiſpani apparerent tam nigri, quam alioqui ſolent eſſe Mauri illi Granatenſes. Hic Apollo interrumpens Ducis querimonias, quas volebat jacere in Columnam, dixit: Diſplicent mihi, Dux, diſcordiæ, quas intellexi interceſſiſſe, tanto magis, quanto minus juſta eſt cauſa ejus rumoris, præcipueque cum ea parum tibi honoris afferat. Quo argumento iterum mihi planum fit, vos Hiſpanos non avaros ſolum (quod unicuique innotuit) ſed etiam, dum alios debitis titulis non proſequimini, eſſe malignos, quoniam ingenua Baronis Nobilitas cognoſcitur inde, ſi non uſque adeo avidus ſit in recipiendis titulis, quam liberalis in donandis, etiamſi ſuperflui fuerint. quippe plus hinc honoris, & æſtimationis, ei, qui tribuit, quàm qui recipit, accedit. Vos autem Hiſpani, qui tanta utimini

auſteritate,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

auſteritate, ut vobis ſolis magnos ſervetis titulos, cunctorum incurretis in odium, omnibuſque vos irridendos propinabitis, adeo ut Itali, homines valde naſuti, & ridendis traducendiſque alios nati, non immerito in ſcenam ſuam pro Neapolitano Hiſpanum introduxerint, ut mundo oſtendant perfectiſſimam iactantiam. Cujus rei ſane vos Hiſpanos pudere debebat, & ignoro, qui non ſentiatis, ad mundi univerſi adſpirare dominium ita unumquemque proterendo & affligendo, id vere eſſe incedere more cancri. Animi hominum, O Dux, eſca humanitatis, & viſco animi grati, ac benignitatis, captantur. Stultus oportet ſit ille auceps, qui, ut vos Hiſpani, capiendis columbis tuba columbarium accedat. Quin etiam amplius vobis dixero, ſi unquam natio quæpiam cibum ex dignitatibus paraverit, quibus ineſcentur Itali, & includantur retibus veſtris, viſcoque capiantur ſervitutis, tum demum abſolutum fore veſtrum imperium in terminos Italiæ. Et oportuerat illud conſiderare, vos dominiis veſtris Neapolis, & Mediolani, tanquam cera

affixos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

affixos eſſe. Quoniam tamdiu bina illa membra obtinebitis, quamdiu Italis vos inde expellendi non erit cupido. Qui ſi poſt exactionem tuam poſſent ſeſe ſecuros jugi Gallici reddere, optime noſti eos voſmet leviſſimo tumultu in portu Genuenſium excitato, maximis affecturos difficultatibus. Quæ omnia commonefaciunt, ut iis minimum ſatisfacias, verbis quos tot amaris dictis, & factis, læſeris. Quod vero attinet iniuriam, quam te à Proſpero perpeſſum eſſe conquereris, libere prædico, quodcunque impoſterum ob ſimilem cauſam tibi evenerit, me non ſolum æſtimaturum, ſed crediturum etiam tanti eam à te eſſe cõemtam. Volebat ſeſe Dux excuſare mandato Regio de titulis quibuſvis in Italia Baronibus conferendis deprompto. Cui Apollo reſpondit, Hiſpanicas vexationes nihil quicquam juris in Italos habere, exceptis Neapolitanis & Mediolanenſibus. Deinde etiam ſubjunxit, niſi Hiſpani viſu deſtituerentur, optime animadverſuros eorum magnates, quos ipſa Hiſpania capere non valet, quique in Italia gigantem agunt,
ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ſi etiam mediocris conditionis & ſtaturæ Baronibus Romanis comparentur, inſtar nanorum futuros. Nubes deinde candida, nivis inſtar, Apollinem paulatim involvit. Sacerdotes, qui præſto erant circumcirca, eum vaticinaturum videntes, una cum Duce, ejuſque comitatu, proni ſemet in terram proſtravere. Cava exin è nupe viſa eſt exaudiri vox Divina, ſono ſuaviſſimo hæc pronuntians: Prædico vobis Hiſpanis, vos veſtris perverſis, & odioſis factis tandem aliquando eò adacturos eſſe nobilitatem Italicam, machinatricem crudelium veſperarum Sicularum, ut ſanguinolentam aliquam agant tragœdiam. Cum maxime ſolennis Italis mos ſit verborum injurias acrius ulciſci, quam armorum. Vt qui ſint homines exiguæ patientiæ, & longarum manuum, & non promto tantum animo ad majora facinora, ſed omni etiam crudelitate non prius injurias vindicare ſoleant, quam illi, qui fecere, earum obliti fuerint. Et vos maximo cum damno veſtro experiemini, eos in armis fore Rulandos Palatinos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

latinos, ubi perſuaſum maxime fuerit, eos aſinos ad fuſtigandum eſſe redditos.

Boccatius ſpoliatur à Salviato.

LEonardus Salviatus, homo quantum hæc tempora, & hodierna Tuſcorum conditio ferat, ſatis in bonis literis verſatus, ante duos circiter dies, rem ab omnib. viris egregiis improbatam commiſit. Siquidẽ hora noctis ſecunda cum ad caput fori maximi contumelia affeciſſet excellentiſſimum Dominum Boccatium: multis eundem verberibus excepit. Quibus eum adeo dehoneſtavit, laceravitque, ut intimi amiciſſimique ejus domeſtici, eo poſtea viſo, prorſus negarint, ſeſe agnoſcere veterem illum Boccatium, venuſtiſſimum antea hominem, longeque pulcherrimum. Infinitis modis id delictũ aggravavit, quod nulla ab éo accepta iniuria id commiſerit; ſed duntaxat rogatu Iuntarum, typographorum in urbe Florentina, acceptis ab iis viginti quinque Scutatis, pro auctoramento eius facinoris. Adeo ut eques lle Leonardus Salviatus, homo tam inſigni

ſigni familia oriundus, hoc mane in roſtris palam latro publicus, & manifeſtus ſit proclamatus.

Apollo ſtatuît reformare excellentes Parnaſſi viros.

AD cohibenda turpia & crebra phantaſmata, quæ indies divulgabantur ab effrenibus adflatorum poetarum ingeniis, Apollo operæ precium ſe facturum putavit, ſi promulgaret acre aliquod & ſeverum edictum, adverſus præcipuos quoſque hujus imperii viros, ac peculiatiter contra poetas Italos. Qua occaſione plurimum eſt limitata nimia autoritas, quam ſibi licentia adſciverat poetica. Imo parum abfuit, quin reſtricta fuiſſet ad terminos juris. Iuſſit enim Apollo omnes præclaros viros datis dextris jurare D. Donato Guarino, Archipædagogo artis pedanteriæ, ſe obſervaturos canonas quoſque minimos ejus Grammaticæ: pœnamque ſtatuit in tranſgreſſores. Quamquam decreto communi derogatorio ſub clauſula irritante, cunctis nationibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

nationibus fuerit ademta libertas & privilegium, non hujus modo, ſed priorum etiam temporum: nihilominus nobiliſſimis Neapolitanis in gratiam fœcundæ Parthenopes, peculiari privilegio poteſtas eſt facta veteri ſua prærogativa conjugandi cum præterito pluſquam imperfecto.

Legati Siculi non exaudiuntur, ſed turpiter repelluntur ab Apolline.

PORtui montis Pindi duobus elapſis diebus navis appulſa eſt, vehens quoſdam legatos Siculos, ab ejus inſulæ cultoribus, negotiorum quorum maxime intererat gratia, ad Apollinem deſtinatos. Qui cum Apollinem adventus ſui certiorem reddidiſſent, ab eo audientiam efflagitabant. Simulac Apollo Siculorum nomen percepit, continuo Ludovico Pulci Barigello è Campania, maxima iracundia imperat, ut ſignificet, nolle ſe eos in conſpectum admittere, nedum audientiam facere. Proinde extemplo ſeſe in navem reciperent:

perent: nolle quidquam ſibi poſthac commercii eſſe cum gente illa, à qua tam inſigni foret affectus injuria. Legati ſecundum mandatum Apollinis in navem regreſſi ſunt. Ei nihilominus humiliſſimum libellum ſupplicem miſerunt, quo referrent, ſeſe miſſos eſſe. ut ei nuntiarent novas afflictiones, inauditas oppreſſiones, & angariationes miſerandas, quas denuo ab Hiſpanis perpeterentur: miſeriaſque, quibus ea gens involvererur, eſſe calamitoſas adeo, ut à benignis Majeſtatis Apollinaris auribus exaudiri mererenentur: quin etiam dignas eſſe, quarum miſericordia ultimi Scythæ, aut ſi qui uſquam terrarum magis iis Barbari, tangerentur.

Hæc oratio ſupplex per Reverendiſſimum patrem Thomam Fazellum, optimum rerum Sicularum ſcriptorem, Apollini tradita eſt. Qui etiam certiorem eum fecit, ſtatum præſentem Siculorum ſuperare omnem adflictionē humanam. Fazello autē ad iſta reſpondebat Apollo, Siculos omnino id promereri, præſertim cum ſe dignos reddiderint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

rint, qui ſic tractentur, ob quod adeo doleant. Quapropter quamprimum legatis illis nuntiaret, quod ſi ſpatio duarum horarum ex portu Pindi non receſſiſſent, protinus tormentis navim ſe peſſum eſſe daturum. Nolle ſe hominem quempiam ex hac inſula intueri; ut quæ prima nutrix fuiſſet omnium malorum, cum ſibi, tum etiam cæteris Europæ nationibus. Quippe poſtquam attraxiſſent illam inhumanam ambitioſamque Hiſpanicam nationem, incognitam antea Italiæ ac aliis Europæ principibus, funeſtiſſimum Aragoniæ regum ſubierunt jugum, etiam initium miſerandæ & atrociſſimæ tragœdiæ dederunt: cujus exitum finita ultima ſcena actus quinti ſi principes ſciviſſent, perpetuo nudis ieiunaſſent genibus; orationibuſque vacaſſent aſſiduis, ad impetrandum auxilium divinum; ſeque ipſos ab iis liberandum malis quibus non poſſe ulterius humanis obviam iri unguentis, abunde manifeſtum eſt. Reſpondit Fazellus, Majeſtatem Apollinarem non debere ob hoc ſuccenſere Siculis, ſed Reginæ Ioannæ

ſecundæ,

ſecundæ, quæ ſemper deploranda Petri Arragonii adoptione, ſola omnium malorum Italiæ cauſa ac fons fuiſſet. Et in hanc imprudentem & impudicam dominam poſſe Apollinem iure odium ſuum vindicare. Adhæc Apollo: Eos, qui non exactè occultas principum cogitationes noſſent, ut ipſe præſentem Italiæ ſervitutem, reginam iſtam reprehendere. Sed veritatem rei aliter ſeſe habere, quoniam conſtaret, illam non unquam, ut ſeſe defenderet ab regibus Gallicis, commiſſuram fuiſſe tantum errorem, ut Hiſpanum regem adoptaret, niſi prius ipſum regno Siciliæ potentiorem animadvertiſſet: Regeſque Arragonum, ſimulac ad imperium eius inſulæ perveniſſent, illa omnia fuiſſe operatos, quæ Italis flagello, ſibi vero felicitati fuerint. Peccata inſuper Siculorum eſſe eiuſcemodi, ut velle minuere eorum calamitates, unde patrocinium quærerent tanta imprudentia commiſſis, maxima eſſet impietas. Summum verò beneficium fore, perpetuo augere ſupplicii acerbitatem; ut exemplo eſſet cæteris nationibus, quam planta illa amaros ſuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

tempore fructus producat, ſi quando populus ex mera deſperatione, & rabie, eò miſeriarum perducitur, ut iugum gentis extraneæ ſubeat. Reſpondit huic Fazellus, vera hæc fore omnia, ſi Siculi, excuſſo regis Itali iugo, ſeſe hominibus Barbaris ſubieciſſent. Illos veſpera ſua inconſultos & impetuoſos Gallos maturis & conſtantibus Hiſpanis commutaſſe, ac proinde conſilium Siculorum, quandoquidem iuſtum videretur, non promereri tantum Apollineæ majeſtatis odium. Quinetiam accenſus eſt in Fazellum Apollo, idque non leviter, indignantique animo: Videturne igitur tibi, inquit, ea non eſſe craſſiſſima ignorantia, tranſire ex inſolentia, prodigalitate, & negligentia Gallica, ad crudelitatem, avaritiam, & intolerandam imperii Hiſpanici ſævitiam? Neſcivere id Siculi, quod nonnemini eſt notum, dominium Hiſpanorum in nationes eſſe æternum, ac proinde letiferum; cùm monarchia Gallicana, febri malignæ ſimillima, quamvis ea periculoſiſſima ſit, ſpem nihilominus vitæ relinquat, multiſque medicamentis curari poſſit,

ut à vobis veſperis Siculis factum eſt. Veſper certe periculoſiſſimus, niſi medicina veſtra multo deteriorem reddidiſſetis ſtatum ſalutis veſtræ. Quamobrem, Fazelle, populi ſapientes, tunc demum arma ad rebellandum ſuſcipiunt, ſi quando certi ſint, ſeſe poſſe præſtare, ut ſervitutem libertate, non autem principem extraneum, rege Barbaro commutent. Quippe piſces ſi norint, ſeſe non poſſe ex oleo bulliente in aquam frigidam evadere, minoris pœnæ æſtimant, ſeſe in ſartagine continere, quam in prunas reſilire.

Sigiſmundus Battorius tarde Latinas literas didicit.

HEri vigeſima hora in hanc aulam ſolitus ex Germania veredarius advenit: qui lætitia unumquemque affecit, gratiſſimo ſecum nuntio allato, ſereniſſimum Sigiſmundum Battorium, Tranſylvaniæ Principem, adeo amore venuſtiſſime Latinę linguæ incensũ eſſe, ut ſumma cum laude ea lingua loqueretur, ſcribat terſe, ac perſpicuè ſtylo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Cæſariano. Occaſione hac oblata, viri prudentes etiam atque etiam Apollinem orabant, ut hunc propter jucundiſſimũ nuntium in Parnaſſo omnia gaudii exhiberentur indicia, quę animare illuſtres ſoleant homines ad amorem bonarum literarum, cum princeps quidam evaſerit literatus. Verum quia ſereniſſima Regia Maieſtas penitiora perſpexerat totius rei, quam rogaretur a prudentibus ſuis, facere id detrectavit. Hunc vero in modum eos eſt affatus: In Parnaſſo tum demum feſtum celebrandum eſſe, cum ſpontanea electione generoſi ſpiritus, & mero ſtudiorum amore, non neceſſitate aliqua adacti principes, ad ſtudia ſe ac literas conferunt. Eſſe operæ pretium, ut quiſque ſciat, Principem Battorium applicuiſſe animũ ad Latinæ linguæ lepores, non ambitione ductum, quo pro literato ſe oſtentaret, nec quapiam curioſitate, ut notitiam multarum haberet rerum; ſed neceſſitate compulſum, quo cum laude inſulſos ac pueriles corrigeret errores, quos in genere, numero, & caſu commiſiſſet. Tunc cum in bello Ungarico cœpiſſet funeſtum conſilium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

conſilium ſe armandi contra Turcam, & adhæreret Germaniæ imperatori, quem, validiſſimis argumentis prætexentem jus ſuum in principatũ Tranſilvaniæ, magis ipſi metuendum eſſe conſtabat, quàm ſexaginta imperatores Ottomanicos.

Galli vindicantur ab Hiſpanis è ſtultorum ſophroniſterio.

DEmum ante biduum Apollo ex ſophroniſterio dementium dimitti iuſſit ingentem Gallicanæ gentis nnmerum, multos per annos ibi detentum: quo tempore contra ſe juxta ac amicos maximo cum furore flagitia commiſere deploranda. Vt per annos aliquammultos luctus præbuerint materiam Europæ univerſæ. Nunc autem ſingulari fide in judicio data à ſereniſſimis Medicis Florentiæ, qui perpetuò periculoſiſſimæ adſtiterant infirmitati gentis hujus, quo plane conſtaret priſtinæ ſanitatis reſtitutio, abeundi inde venia eſt conceſſa. Sed antequam diſcederent Parnaſſo, Ser. Regia Maieſtas,

accerſi ad ſe illos curavit, inque mandatis dedit, ut impoſterum tam florido, & potenti regno, maiori fruerentur prudentia, quam hactenus feciſſent. Præ omnibus recordarentur, reſtitutam ſanitatē debere acceptam ferri Hiſpanis, ut qui ſoli in regno Galliæ, & præcipue Pariſiis, armati iis obverſantes mentes repoſuiſſent in capitibus perforatis Gallorum illorum, qui primitus Galliam delirare coegiſſent. Summas Galli iſti gratias ſereniſſimæ. Regiæ majeſtati egere, ſubjicientes, ſe in tantum fore memores utiliſſimi conſilii ſibi dati, ut impoſterum in menſurandis locorū intervallis, uterentur milliaribus Italicis, quò vitarent moleſtiſſimum leucarum vocabulum. Sed quantum ad recuperatam mentem, beneficium id omne tribuendum eſſe magnanimo & ſemper victorioſo Regi Henrico IV: qui luce ſuæ virtutis aperuiſſet primum oculos Gallis, turpiter occæcatis hypocriſi Hiſpanica; quamvis Hiſpani, primi deplorandæ ejus tragœdiæ Gallicę auctores, lucentibus & deſideratis ſuis aureis duplicibus tantum jam in Gallia profeciſſent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

feciſſent, ut ſtultos pariter, & ſapientes, ad ininſaniam redegiſſent.

Aliqui populo ad alterius exemplum proponuntur.

MIrè diſplicuit Apollini, cum audiret, plurimos ſeculi hujus principes ad debellandos ſuos hoſtes non aperto Marte, ſicuti priſcis conſuetudo fuit heroibus, ſed fraude uti: & hac ſola inſtructos tantum illos præſtare exercitu, ut cum dimidia ejus potentiæ parte valeant ſumma præſtare facinora. Hinc eſt, quod arma, quibus hi præcipue ſeſe muniant, adverſus hoſtes ſuos, ſint pudoris plena, ſolumque idonea corrumpendæ fidei ſubditorum, & concitandæ ad rebellionem nobilitati. Itaque, ut obviam iretur rebus adeò confuſis, turbatiſque, anni jam ſunt triginta præterlapſi, ex quo Ser. Regia Majeſtas juſſit hos miſeros, Comitem S. Pauli, Principem Arauſionenſem, & Ducem Guiſæ, rhedâ ſceleſtorum à Iohanne Lottinio, hac in curia ſecreto præceptorum moralium notario, deduci

ci ſub porticum templi Delphici; ex quo tres iſti ſummi principes, cum ſuis manibus, quas habebant ſine digitis, & uſque adeo turpiter laceratas, ut viderentur à canibus dilaniatæ, à Lottinio populo oſtendebantur ingredienti, exeuntique templo: quèm alta voce ita affatus eſt; Fideliſſimi viri, devoti bonis literis, ac ſanctiſſimorum præceptis, ex incommodis adeo deplorandis infelicium horum principum, qui privati integritate manuum ſuarum (quam Deus vobis conſervet) exemplum capite, & diſcite, quanti ſit periculi futurum, ſi patiamini eo vos adduci credulitatis, ut è latebris ſuis cancros propriis effodiatis manibus alienum ob commodum.

Planum facit, miniſtros Hiſpanicos eſſe lucri avidos.

ANte triduum, hora octava nocturna, videre erat, in regiam Hiſpanicæ monarchiæ, quadraginta invehi plauſtra fœni. Quoniam id tempus non mediocrem continuo injecerat ſuſpicionem Gallis, Venetis, reliquiſque principibus

principibus, qui in perpetua agunt ſolli-
citudine & ſuſpicione, ob magnitudi-
nem tam formidabilis principis; exacta
diligentia inquirebatur, quo certiores
fierent, num ſub fœno vehiculis iſtis ap-
portato damnoſas occultaſſent merces.
Referebant exploratores, ſub fœno
abſconditas eſſe arcas ligonibus, batil-
lis, & bipaliis plenas. Quoniam hæc
erant inſtrumenta depopulantium, Galli
conſilium ſe armandi inierunt. Veneti
volebant productas ex arſenali trire-
mes æquori committere. Sed decre-
tum eſt, priuſquam tentarent quidpiam,
utile eſſe explorare, num Hiſpani plura
intulerint in ædes id genus inſtrumen-
ta, vel num alia aliunde expectarent.
Certioreſque facti ſunt, adhunc diem
non ultra accepiſſe, neque impoſterum
expectari. Imo vero ſubjungebant ex-
ploratores, non ſimulac exoneraſſent
has capſas, illas in regium detuliſſe ar-
marium; ſed omnes Hiſpaniæ magna-
tes, præcipuoſque tanti regni miniſtros,
ligones illos, batillos, bipaliaque, ſubitò
inter ſe diviſiſſe, illiſque inſtructos po-
ſtero mane aggreſſos eſſe terram fode-

 re,

re, aquæductus derivare, & aquarum agmina mille quaquaverſum ducere; idque tanta cum diligentia & labore, ut quiſque trahendo aquam verſus molam ſuam, reſpublicas ad tantam deduxerit calamitatem, ut molæ aquarum defectu non ultra molerent.

Maximiliano imperatori indicatur orta inter filios diſcordia.

TRes preterita nocte nuncii ad majeſtatem imperatoris Maximiliani II. venerunt. Illico novus ille nuncius diffuſus, archiducem Matthiam arma cepiſſe contra ſuum fratrem imperatorem Rudolphum, quibus ſeditioſe poſtularet Vngariæ, Bohemiæ, Auſtriæque regna, & abſolutum dominium reliquarum provinciarum. Peſſimi hi rumores magnopere adflixere animum imperatoris, quoniam probè cognorat, diſcordias inter ſuos filios natas inimicis domus Auſtriacæ illas attuliſſe voluptates, quas tantopere hactenus expectaſſent. Quamobrem hic princeps, heſterno mane diutius conſiſtens corã Apolline, tandem multis cum lachrymis queſivit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ſivit: Quando tandem mala Auſtriacæ domus, jam multos ante annos exitioſis cœpta conjurationibus in univerſam Germaniam, habitura ſint finem? ac quamobrem domus ſua quatiatur duris ejuſmodi flagellis? Ad hæc Apollo hunc in modum: Finis, inquit, erit perſequendi, & vexandi omnem familiam tuam, magne Imperator, quando illa miſſas faciet cogitationes ambitioſas dominandi Vngariæ, ac Tranſilvaniæ, quæ in Germania tantas commovent ſuſpiciones, ut ad antiquam ſuam libertatem à potentia veſtræ domus tuendam nulli æquè ſtudeat, quàm depreſſioni & ruinæ ejus. Quamobrem cum Germani majora timeant damna ex imperio veſtro, quàm ex victoria Turcarum, omnino ſunt in eo, ut exoptent potius amittere Viennam, quàm acquirere Budam. Et tum evaneſcet ingens illa conjuratio, quæ in vos inita eſt, & Germania impensè veſtros amabit Archiduces, ſi, depoſita hac ambitione, claris indiciis oſtendent omnibus, ſe velle pares eſſe, non majores reliquis Germaniæ principibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Canes Indiæ in lupos convertuntur.

DIe menſis præſentis duodecimo, hora octava nocturna, nuncius Olyſſipone miſſus Apollinem convenit, nova ponderis maximi afferens. Matutino itaque ejus diei tempore omnis generis literati ad Regium concurrêre palatium, quo & ipſi rerum novarum certiores redderentur. Primi erant Hiſpani, qui ſolita anxietate & ſollicitudine ſciſcitarentur, num in India alius mons Potoſi, aut novus Deus argenti detectus foret, ut eo ſeſe ſeminandi Evangelii gratia conferrent. Galli ſtudioſe quærebant, num novus iterum aliquis mundus eſſent repertus, ut æqualem iſtic potentiam cum Hiſpanis nacti, orbis veteris ruinam inducerent. Sed pro teterrimo augurio habitum fuit, Apollinem perlectis literis vehementer contriſtatum cinxiſſe ſemet ſpiſſiſſima nube, mœroremque profuſiſſimo lacrimarum imbre fuiſſe conteſtatum: unde unuſquiſque collegit, infeliciſſimum nuntium ab hoc tabellario fuiſſe allatum. Dum itaque forum à literatis, omnique

omnique hominum genere, repletum eſſet, tam luctuoſæ novitatis rationem expoſtulanti; ab majeſtate Apollinari, poſtquam infinita tonitrua & fulgura crebra comparuiſſent, vox exaudita eſt terribilis, dicens; Iejunate & affligite vos, induimini cilicio & aſpergamini cinere, & veſcimini pane cum lacrimis, ô vos qui terram colitis, orationibus Deum corde contrito placate, animoque puro ei ſupplicate, ut immenſa miſericordia ſua liberet humanum genus, quod orbem inhabitet veterem, à portentoſa novitate demum ex orbe novo allata. Tam tremenda voce percepta, plerique nimia afflictione, quam intimo corde perſentiebant, quaſi mortui in terram prociderunt, credentes Indiam occidentalem aut igni conſumtam, aut aquis merſam, & abſorptam. Adeo ut omnes ſummo terrore affecti, uberrimis lacrimis & ſingultibus, clarâ voce miſericordiam implorarent, humillimiſque precibus ab Apolline expeterent, ut dignos cenſeret ſubditos ſuos, quibus palam faceret, quænam ea mala forent, ob quæ auxilium

lium ipſis implorandum eſſet divinum. E Regia deinceps Apollinis altera exaudita eſt vox, quæ unicuique manifeſtum fecit; Canes armentorum cuſtodiæ ab Hiſpanis in Indiam travectos, eſſe converſos in lupos adeò rapaces, ut voracitate & crudelitate ſua ipſas etiam Tigrides anteirent. Poſt adeo infauſtum nuncium, publicus literatorum luctus exortus eſt, dolentium canes in lupos commutatos pleraque lacerare armenta. Cui in poſterum cuſtodiæ paſtores pecora ſua committere poterant, ſi fraudarentur ſubſidio canum olim tam fidorum paſtori ſuo. Aut quomodo poterat ſalus aliqua ſupereſſe infeliciſſimo iſti gregi, quæ & lupis inimicis, & canibus amicis, præde eſſet? Dum omnes populi in Parnaſſo terrore quaſi mortui in terram conciderent, ſoli Batavi, aliique populi Germaniæ inferioris, viſi ſunt intrepidi per Parnaſſum diſcurrere, animantes ſeſe mutuò, animumque invicem eo addentes quod nullæ ſint calamitates, quas infractus & intrepidus non quiverit animus ſuperare. Batavi itaque illi palam unicuique fece-

re,

re, etiam in ſua terra canes, quos paſtores Hiſpani cuſtodiæ gregis ſui in Belgicam ablegaſſent, tam redditos eſse rapaces, ut immani feritate, ipſa etiam pecora devorarent, adeoque omne fuiſſe conſumturos armentum, niſi forti conſilio, quod unicuique notum eſt, ſibi proſpexiſsent. Proinde ſi in veteri iſtæc orbe contigiſsent, quæ in novo eveniſse nuntiabantur, unumquemque fuiſse animadverſurum, verum eſse remedium, quo fœdæ iſti canum voracitati obviam iretur, vomitam nucem Belgicam ipſis propinare, ut pro merito ſuo rumpantur.

Monarchia Hiſpaniæ viſum it Reginam Italiæ. Seruntur invicem grati ſermones.

IMmanis terror ſereniſſimam invaſit Italiæ Reginam, cùm potentiſſimos videret reges Galliæ ex quo domini eſſent facti regni Neapolitani, jus in Ducatum Mediolanenſem prætendere. Ac quamvis fucata mente ſimularet, non minùs ſe, quàm antehac fidere: crudeliter

crudeliter nihilominus inſidias vitæ ejus tendebat, ac exiſtimationi. Hocque tanto animi æſtu & acerbitate, ut pecuniarum artificiis, inſidiis pennæ, bellum in pace per multos annos crudeliſſimum geſserit. Ergo dum indignatio, ſuſpicioque, inter potentes has Reginas in dies gliſcerent, & animi utrorumque lethali adſtringerentur odio: Monarchia Hiſpaniæ, contra quorumvis opinionem, comitatu digno ſuæ magnitudini viſitavit ſereniſſimā Italię Reginam; à qua excipiebatur tanto cum honore, tantoque affectus indicio, ut quotquot literati tam hujus, quam alterius principis vultu attenderent, & geſtus, affectuſque animi, cæteraſque aulicationes obſervarent, optimè cernerent, integram eſſe ac ſinceram hanc inter eos reconciliationem. Imo ab hominum memoria nunquam in Parnaſſo ictam eſſe ullam pacem, quæ illuſtribus viris majorem incuſſerit ſtuporem, vel magis accenderit ad veras exquirendum cauſas rei tam inſolentis. Philoſophi, Poetæ, cæterique literati cujuſcunque ordinis, quoniam majori in caligine verſarentur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

tur, quam ut penetrare poſſent ſagaciſſima conſiliorum arcana, qua principes potentiſſimi inirent: advolabant ad Politicorum Academias, qui hoc profitentur, ſeſe exactiſſimæ cognitionis adjumento, quam habeant de emolumentis Principum, penetrare abditos eorum receſſus, & quicquid occultius habent. Accepere id reſponſi, Reginam Italiæ, ut tueretur libertatem ſuam ab armis tam potentis populi, fuiſſe coactam ſe iungere Hiſpanicæ monarchiæ. At ex quo vidit hanc capto regno Neapolitano, & Ducatu Mediolanenſi, ambitione procliviori, artificiis cupidioribus, & machinamentis magis fraudulentis ipſis Gallicis, ad univerſum Italiæ dominium adſpirare, huncque in finem in pueritia filiorum Henrici II. Galliam vexare propoſuiſſe: & quod pro lenonibus tantæ ambitionis, & miniſtris Italicæ ſervitutis, uteretur quibuſdam principibus, quamvis parum prudentibus, tam crudeli cœpiſſe eam odio perſequi, ut aliorum etiam ope deſtituta, alterius ruinam & exitium moliretur. Sed poſtquam ex eo, quod infeliciter adeo nu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

per cecidiſſet occupatio Sabionedæ, Hiſpaniæ monarchia compertum haberet, vanum eſſe deſiderium, negotiumque plane deſperatum de adipiſcenda Italia, abieciſſe ambitionem dominandi, cui primum uſque adeo ſe addixerat. Nempe quia meminerat præcipuas ſuas moleſtias tam in Belgica, quam alibi, eſſe natas ex ambitioſiſſimis iſtis cogitationibus; ſatis illi manifeſtum eſſe factum, nulla ſe tutiore via poſſe inſiſtere, ſi velit res ſuas ſecurè cuſtodire, quam illa, pacem dando aliis. Et quoniam ſatis perſenſiſſet, citra amicitiam, favorem, auxiliumque principum Italiæ non poſſe fieri, ut tuto poſſideat Neapolitanum regnum, & Ducatum Mediolanenſem, viſitatione iſta voluiſſe placare animum hujus Reginæ adeo perturbatæ. Conſilium illud Politici ſaluberrimum dixere. Quippe quinam homines in mundo excitari poterant, ſi Hiſpani armati vellent in Brixiam, Bergamum, Taurinum, Genuamque ſolam movere, ſi ob levem impreſſionem, quam occupandæ Sabionedæ munimento exiguo admodum inſtituerant,

rant,

rant, illis obſtitere uſque adeo ii, in quibus minima eſſet ſpes, ut iam coturnix reti eſſet circunducta neque effugere poſſet, quominus cani odoro in os involaret, niſi quam promptiſſime reti perforata diſruptaque ejus commiſſura evaſiſſet.

Monarchia Hiſpaniæ medicum ſuum ex feneſtra præcipitavit.

HOdie mane Hiſpaniæ monarchia, paulo poſtquam advocaſſet medicum ſuum ordinariū, manibus propriis illum ex feneſtra Regii ſui Palatii ejecit; unde ille infelix præcipitio diſruptus repente mortuus eſt. Caſus ille tanto abſurdior viſus eſt, quanto medicus ille toti huic aulæ exquiſitiſſimæ bonitatis, & raris artis ſuæ experimentis erat admirabilior. Varii de tanta rei novitate erant ſermones. Sed Apollini, quoniam ex hac ipſa Hiſpaniæ monarchia averet cognoſcere veram eiuſmodi vindictæ rationem, hæc potentiſſima Regina dixit; Quadraginta eſſe annos, ex quo propter aliquod incommodum ſibi ſuperveniens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

perveniens, & alia ob indicia in familia regia Borbonienſi detecta, timuerit, ne progreſſu temporis inſuper accederet periculoſus morbus Gallicus. Quo itaque conſuleret malo, quod præſenſiſſet, conſilium à ſuo expetiiſſe medico: hunc verò ſibi pharmacū diuturnæ, difficilis, ac moleſtæ operationis præparaſſe, ex multiplici oleo, ligæ ſanctæ, concitationis populorum, baronum ſeditionis, cauterii, deque aliis medicamentis admodum amaris, quibus omnes conſumſerit vires, ſtomachumque debilitaverit, & plane appetitum perdiderit. Ingentem ſirupi copiam, multamque medicinam, maxima anxietate ſumtam, tantummodo acceleraſſe hæc mala, quæ forte ſine infeliciſſimo hoc & intempeſtivo pharmaco nunquam interveniſſent. Præterea craſſas & voraciſſimas ſanguiſugas, per maximam corporis partem iunctas, tantopere optimum Hiſpanicum auri ſanguinem vitalem exſuxiſſe, ut propter debilem ſtatum non valeat Flandricos iſtos malos exhaurire humores, à quibus in tantum opprimatur. Has propter moleſtias, natas peſſimo ex conſilio

impru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

imprudentiſſimi hujus medici, mirum in modum illi offenſam, ſanćteque juraſſe, ſe illum ex feneſtra præcipitaturum, ſi morbis, quibus deinceps laborarura, præbuerit purgans aliquod pharmacum. Nunc vero quoniam perſuaſa foret, dolores præſentes in humeris Bataviæ eſſe meram Gallicanam luem, poſtulaſſe ab hoc ipſo medico remediũ, eum verò prioris ſui errati oblitum ſtultè præſcripſiſſe aliam purgationem, ſimilem prorſus præcedenti. Se tandem ſuperatam dolore propterea dejeciſſe illum ex feneſtra, & ſic poſtquam iterum deliquiſſet illum puniiſſe propter primum peccatum, quod commiſiſſet. Sibi videri medicum hunc promeritum tam gravem vindićtam, quod non ignoraverit, purgationes feſtinantius iis malis adhibitas, quæ timeamus, non efficere illud bonum, quod putet medicus, vel quod ſperet ægrotus.

Compendium

Compendium illuſtriſſimi Cardinalis Toletani non recipitur in bibliothecam Parnaſſi.

ILluſtriſſimus & reverendiſſimus Franciſcus Cordubenſis, Cardinalis Toletanus, vir honeſtiſſimæ vitæ, & doctiſſimus in ſacris literis, necnon ſummus philoſophus, qui in omni vita, ſæpius quocunque alio concionatorum, viva voce de cathedra honores ſummos exhibuerat verbo Dei, nonnullos ante dies in Parnaſſo comparuit: inque limite hujus ditionis obviã eſt factus Alexandro ab Ales, & Cornelio Muſſo, epiſcopo Veſuntino, & ubique ſumtibus Apollinaris Majeſtatis exceptus. Hic ſapientiſſimus vir ſua obtulit ſcripta ſpectatiſſimo prudentum virorum collegio. Opera ejus Philoſophica non ſolum pleriſque laudabantur, ſed & admirationi erant. Itidem, quæ commentatus erat de rebus divinis, ab omnibus ſacris doctoribus incredibili excipiebantur applauſu. Paulo poſt in urna quapiam pretioſa impoſita, velo deportata ſunt

in bibliothecam Delphicam, tanti autoris nomine æternitati conſecrata. Sola illius Summa, quamvis eruditiſſima, non admittebatur à præſtantiſſimis, Dicebant enim, compendiorum ejuſdem generis in bibliotheca ſereniſſimæ majeſtatis tantam eſſe copiam, ut aliquæ ex iis ſuperfluæ videantur. Quoniam Theologi multi eximii hoc argumentum tanta tractarunt diligentia, ut ſalutem hominum dubiam & incertam putarent propter lucrum trium quadrantum. Mundum velle intueri perfectum compendium de conſcientiis magnorum conſcriptum principum. Argumentum hoc animis eorum tranquillandis quam maxime eſſe neceſſarium, prorſuſque à Theologis omiſſum. In quo ſtrictiſſimæ illæ tractentur actiones principum, quibus magnas in orbe turbas dediſſent, illum latrociniis, depopulationibuſque implendo, tantiſque homicidiis, ut multi illorum occæcati regnandi libidine flumina ſæpe tota infecerint ſanguine humano. Peculiare iſtud, cum ſapientiſſimum literatorum collegium audiret, aiebat ſe

magno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

magnopere deſiderare, ut iniretur diſputatio, ac aliquid ſtatueretur certi de hiſce quæſtionibus. Nempe num pietas Chriſtiana admittat armorum violentiam, in alienis imperiis eripiendis. Num principatus, armis ac fraudibus alicui principi ereptus, poſſit a quopiam retineri, qui verum dei habeat timorem. Num poteſtas dominandi eo fine ab ullo, qui educatus eſset in fide Chriſtiana, poſſit uſurpari, ut exhauriat evertatque regnũ, quo eo facilius tyrannidem gerat ſine metu, & ſuſpicione. Ac denique, num eo contemtus perduxiſse leges, ſit deteſtabilior, magiſque execranda idololatria, quam adoraſse ſtatuam Nabuchodonoſoris, vitulumve aureum. Vltimo dictum eſt á Collegio, tum demum poſſe impleri eorum deſideria, cum inventus eſſet theologus ita metuens numinis, ut principes tantum ab malis operibus deterreret ſcriptis ſuis, quantum alii maximo ſuo labore homines privatos ab iis arcuiſsent. Abſurdiſſimum quippe ipſis videbatur, innumeros doctrina præſtantes theologos plus ſeſe macerare in rebus minutiſſimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

mis exaggerandis ſuper verbo otioſo ſæpe alicujus tabernarii, tanquam rationem ejus coram Deo daturi, quam in craſſiſſimis & maximis principum erroribus, quando armatis exercitibus imperia ſibi acquirunt, ultimamque rebus ſacris & profanis perniciem inferunt ac vaſtitatem. Et quod majori erga genus humanum beneficio, præmiiſque magis æternis, ſtylũ in Ludovici XII actiones, & Franciſci primi, regum Galliæ ſtrinxiſsent, item in Ferdinandum Arragoniæ regem, & Carolum imperatorem, quorum animæ ex hoc mundo migraſsent dimidiato millione homicidiorum aggravatæ, ſola imperitandi libidine commiſsorũ, tanquam nullas aut leviculas de iis Deo rationes reddituræ, quod libros ſuos venialibus privatorũ peccatis impleſsent. Vtpote, quod maxime generi humano neceſsarium fuiſset, quo poſt crebrum, & diuturnum cum ambitione principum conflictum id tandem ſolatii perciperet, quod tanta anxietate expectarat; utque principes a malis operibus terrerentur, & palam omnibus fieret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

domum diaboli æque maximis ac minimis patere.

Almanſor, Rex Maurorum, & Regnum Neapolitanum, obviam ſibi invicem fiunt; plorant narrantque miſerias ſuas ex oppreſſione Hiſpanorum.

ILluſtris Maurorum Rex Almanſor, qui in Hiſpania per multos annos nobiliſſimum regnum Granatenſe obtinuit, heri obviam factus regno Neapolitano inter ambulandum in ſermonem cum illo incidit. Poſtquam ſatis diu oculos in catenam intendiſſet, qua regni Neapolitani pedes eſſent adſtricti, videri ſibi, inquit, etiam alias à ſe viſam eam, & gubernatam, cum fabricatura plane Mauritanica eſſet. Deinde maxima cum admiratione inquiebat, ſe eam cognoſcere, & ſcire eſſe illam ipſam, qua & ipſe, & Reges Maurorum, præceſſores ſui, ſpatio ſexcentorum annorum uſi eſſent ad ſervitutem multorum Regnorum in Hiſpania. Et ideo ſe quam impenſiſſimè rogare, ut manifeſtum faciat, quomodo,

do, à quo, & quando hæc catena injecta eſſet. Et viſu, & memoria vales, o Almanſor (reſpondit regnum Neapolitanum) quoniam gravis catena, qua vides pedem meum vinctum à Gonſalvo Cordubenſi, magno Duce, ex Hiſpania allata fuit; maximeque veriſimile videtur, eſſe eandem, de qua loqueris. Iam ſunt anni centum, ex quo dura hac ſervitute oppreſſa fui, è qua neſcio an unquam poſſim emergere. Quoniam maxima illa potentia, ad quam perveniſſe Hiſpanos video, facit, ut omnem ſpem humani abjicere auxilii adigar. Agnoſco priſtinæ libertatis meæ recuperationem omnem eſſe ſitam in manu Dei; qui in me renovabit miracula maris Rubri, ſi unquam ego illam receptura ſim. Anni (inquit Almanſor) conveniunt optime, ex quo Hiſpani liberarunt regnum Granatenſe iſthac mea catena, quam paulo poſt tibi injecerunt. Modo non fuerit grave, (ajebat regnum Neapolitanum) maxima me afficies voluptate, ſi narres, quomodo fieri potuerit, ut Hiſpani domini evaſerint regni tui tam validi, & longè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

longè remoti ab eorum viribus. Fraude, ô Almanſor (reſpondit Regnum Neapolitanum) Hiſpani in Italiam introducti ſunt. Vi enim aperta nunquam rem tam inſignem gerere potuiſſent, cum ut tu recte dicis, vires eorum uſque adeo diſſitæ fuerint à noſtris. Sed audi, & miraberis laxam conſcientiam, quam in rebus imperium attinentibus habuit nonnullus Hiſpaniæ Rex; quamvis ſummis uteretur artificiis, ut hominibus fatuis videretur eſſe aliquis S. Macarius ad murum depictus: videbis tragœdiam, ſi judicium feratur ſecundum regulas religionis Chriſtianæ, crudelem & ſceleratam; verum ſecundum axiomata hodiernæ politices ſagaciſſimam omniũ, quæ unquam ab ulla gente in theatro mundi fuerit exhibita. Alphonſus, Rex meus, in maximam tam ſuam, quam meam ruinam, dedit Iſabellam neptem ſuam uxorem Iohanni Galeatio Duci Mediolanenſi; quæ nuptiæ omnium meorum malorum fons & origo fuere. Primum pueritia, deinde etiam inſignis ingenii ſtupor infelicis

ejus

ejus principis, animum dedere Ludovico Sfortiæ, ad invadendum neptis imperium. Alphonſus, ut par erat, ei tyrannidi continuo obſtabat. Quod percipiens Ludovicus, & cernens, non operoſum eſſe ſibi, abſque ruina regis mei, pervenire ad finem juſtiſſimi ſui deſiderii, id tandẽ decrevit, quod & ipſi & mihi, & omnibus Italiæ principibus exitioſiſſimum fuit, ut Gallos, ſpe imperii mei potiundi allectos in Italiam arceſſeret. Mei reges ad defenſionẽ ſui contra tam potentẽ inimicum in auxilium vocarunt ſanctam illam Ferdinandi animam, regis Arragonii, eorum cognati. Qui ſeſe oſtendit parentem adeo charum, & amicum tam fidelem, ut, loco expellendi Gallos, mea cum illis partiretur: & ut tragœdia omnibus ſuis partibus conſtaret, paulo poſt infeliciſſimam hanc diviſionem bellum Gallis indixit, qui ſuperati, maximo cum pudore & damno ſuo, Galliam repetere coacti ſunt. Vnde bonus ille Rex Ferdinandus, citra ullum conſcientiæ ſcrupulum factus eſt abſolutè meus dominus, & ex eo tempore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

arcte adeo catena iſtac pedes meos conſtrinxit, quam tu è fabrica, & opera tuæ nationis, agnoviſti. Et ignoro, num in chronicis Saracenorum, Maurorum, Turcarumve, reperiatur ullum tam ſceleratæ invaſionis exemplum, a rege qui affectaret, ut haberetur pro homine ſanctiſſimæ conſcientiæ, & optimæ voluntatis commiſſum, & qui paulo ante à ſede Apoſtolica glorioſo Catholici titulo eſſet auctus. Certe, reſpondit Almanſor, in Chronicis prædictis multæ ſpurciſſimæ actiones noſtræ gentis, à variis principibus ſola dominandi libidine commiſſæ leguntur. Sed illa de Ferdinando narrata eſt præcipua. Cæterum, ſi tu (dixit Regnum Neapolitanum) ò Almanſor, cum tua natione per tot ſecula captivum tenuiſti regnum Granatenſe, quam viam inſtiterunt, ut iterum priſtinam ſibi libertatem vindicarent? Illa tam lugubris conjunctio (refert Almanſor) regnorum Caſtiliæ, & Arragoniæ, quæ nuptias Ferdinandi, & Iſabellæ, ſecuta eſt, cauſa fuit libertatis regni Granatæ. Concordiam infeliciſſimam!

ſimam! quam non minus, quam ego feci, & etiamnum facio, deplorant, & æternum profuſiſſimis lacrymis deplorabunt potentiſſimi Europæ principes: tanquam quæ vera & ſola radix, & ratio fuerit ruinæ maximarum rerumpublicarum, quas in hunc uſque diem in diverſis Europæ locis, præcipuè vero in Italia, cernere eſt. Et, crede mihi, etiamnum præſenti tempore in Hiſpania regnarem, niſi tam peſtifera concordia me è ſolio excuſſiſſet. Æmulatio quippe illa inter Caſtellanos, & Arragonios inexpugnabilis mihi munimenti loco erat, adeo ut mihi æternum in Hiſpania regnum ſpondere videretur. Mihi crede, auxilia, quæ Pontifices ſubminiſtrarunt Ferdinando, & reginæ Iſabellæ, plurimum ad ruinam meam contuliſſe. Tum ſic regnum Neapolitanum: Tace, Almanſor, quoniam, poſt erectionem tuam ex Hiſpania, miſeri Pontifices tam inſignes paſſi ſunt miſerias ab ambitioſa Hiſpanorum natione, ut veriſſimè dici poſſit, illos etiam pecunia redemturos fuiſſe ab Hiſpanis maximas iſtas calamitates,

mitates, in quas ipſi poſtmodum incurrerunt. Quoniam etſi volupe fuerit ſedi Apoſtolicæ, Reges Mauros Hiſpania ejectos videre, nihilominus voluptatem illam amaritudine compenſavit maxima ſervitus mea, quæ paulo poſt ſecuta eſt; cum nihil æque Pontifici Romano pertimeſcendum foret, quam ne in potentis alicujus principis manus inciderem, qui eos in perpetua verſari ſollicitudine cogeret; in qua etiamnum oculis tenus immerſos ſentiunt ſeſe multi, & illi præcipuè, qui maximam rerum ſecularium cognitionem habent, adeo ut nullum quieti ſomnum capiant. Manifeſtum veritatis teſtimoniũ ejus rei, quam adſtruo, fuit lachrymanda ſcelerataque nimis direptio urbis Romæ paulo poſt ſervitutem meam ab Hiſpanis ſecutam. Quo animo tam ingrato perſolverunt ſedi Apoſtolicæ omne id, quod debebant pro remiſſione cenſus Neapolitani, & aliis ſubſidiis in bello Granatenſi acceptis. Quæ calamitas cum quaſvis, atque adeò funeſtiſſimas etiam miſerias ſuperarit, hominibus quoque ſom-

niculoſis

niculoſis adeo oculos aperuit, ut unicuique palam factum ſit, quidnam ſit leoni vincula ſolvere. Vix enim Hiſpani fuere liberati ab captivitate Maurorum Granatenſium, quin qua agebantur ambitione toto imperitandi orbi, non ſolum in Italia, ſed etiam per vniverſam Europam detegerentur eorum ſtudia, quæ Regna, Reſpublicas, & graviſſima religionis negotia attinerent, adeo ut ab hominibus intelligentiſſimis rerum humanarum illud ſæpiſſime audiverim, forſan minus damnoſum fore multis principibus in Europą, ſi tu regnum in Granata obtinuiſſes, quam ut Hiſpani in Italiam trajeciſſent ad occupandum tale regnum, quale etiamnum obtinent.

Ea res religioni tantam intulit perturbationem, ut illi, qui profitentur cognitionem rerum, rationeſque principum, illud dicere ſuſtineant, metum ex immenſa Caroli V. potentia Germanis incuſſum cauſam fuiſſe unicam, cur Mauri Granatenſes in plurimos mutati ſint hæreticos, quos ætas noſtra in Germania, & alibi locorum, videt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Genus hominum uſque adeo execrandum, ut nefanda impietate ſua magnam Europæ partem inquinarint. Rerum quoque ſacrarum graviſſimæ perturbationi accedunt præjudicia publica, & privata, ex ruina mea nata, quæ perpetuum in Italicis principibus vigebunt, in Papis verò præcipue. Vix quippe Reges Hiſpaniæ pedibus meis catenam hanc injecerant, quin & dominio Italiæ univerſæ inhiarent. Idque ut conſequerentur, callide ſeſe immiſcuere illis, quæ tum temporis inter principes Italos, & Gallos agitabantur, controverſiis de dominio ducatus Mediolanenſis; in quibus culmen illud rerum Carolus Quintus ita ſeſe geſſit, ut ſeſe dignum avo ſuo materno oſtenderet nepotem. Pulſis quippe ope principum Italicorum ex Italia Gallis, pro eo ut Sfortiis ducatum reſtitueret, quemadmodum inter ipſum, & principes illos fœderatos, convenerat, fraude & dolo pluſquam Turcica contra duces Sfortias uſus, ſibi ipſi dominium luculenti adeo ducatus vindicavit. Attende (inquit Almanſor) ô Regnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Neapolitanum, cum illud quoque infortunii contigerit, ut nobiliſſimus ducatus Mediolanenſis Hiſpanis acceſſerit, quid obſtat, quominus univerſæ protinus Italiæ dominio potiantur? Et ſi ſervitus tua palam fecerit orbi, ſubſidia principum plus utilitatis conferre illis, qui dant, quam qui percipiunt, quare principes Itali id non potius præſtitere, ut ducatus ille Gallis, quam ut auxilium percipiendo ab Hiſpanis, illud incurrerent periculi, ne tam pretioſum Italiæ membrum in manus regis Hiſpaniæ (ut poſtmodo factum eſſe, mihi refers) incideret? Potentiam regum Galliæ (ait Regnum Neapolitanum) conſtituit illic regnum Neapolitanum, quo reſiduam Italiæ libertatem ab ambitione Hiſpanica tuerentur. Quippe glorioſi illi Reges in ſecuritatem magnitudinis ſuæ nunquam perpeſſi fuere, ut Italiæ imperium ambitioſæ Hiſpanorum genti concederet, quæ inexplebili, & pluſquam hydropica ſiti, non contenta acquiſitione orbis novi, ab ipſa recens teperti, tanta etiam aviditate veteris inhiaret orbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

imperio. Quin etiam principes Itali, quos graviſſimum iſtud periculum non fugit, ne aliquando miſerrimam incurrant ſervitutem, ita inter ſeſe convenerunt, ut quamvis numero plurimi ſint, unum tamen conſtituant corpus. Hiſpani vero, qui utuntur & uſi ſunt omni artificio, ut aliquem ex illis ſeducant, illud tandem edocti ſunt, ſeſe quod dicitur, aquam in mortario pinſere.

Quod vero Mediolanũ attinet, ſcias, ſatius habitum eſſe pro publica Italiæ libertate, ut ducatus ille Hiſpanis cederet, quam ſi ſub Gallico permanſiſſet jugo. Illi quippe, quoniam Italiæ juncti ſunt, ſi vel minimam ejus partem obtinerent, manifeſtiſſimum foret periculum, ne totam ſubjugarent. Aliter autem comparatum cum Hiſpanis, quod vires eorum licet maximæ nihilominus in tantum diſſitæ ſint, ut non ſine maxima difficultate interveniente pelago ex Hiſpania in Italiam copias aliquas traducant in defenſionem acquiſiti dominii, nedum ut totam ſubiicere ſibi valeant. Verum dicis, reſpondit Almanſor: Sed proſequere

narra-

narrationem tuam, & dic mihi, quid in commodi Pontificibus attulerit, te in manus Hiſpanorum incidiſſe? Scias, inquit regnum Neapolitanum, cum Pontifices antea ſoletent reges mei metuere, jam contrarium plane evenire, quoniam illi ipſi in perpetua verſantnr ſollicitudine, ne aliquando Neapolis Mediolano jungatur, quo omnes cernunt Hiſpanorum cogitationes dirigi. Vnde Hiſpani, quorum ita res compoſitæ, ut ex timore, quem vicinis injecere principibus, fructum percipiant plurimum, tantum ſibi auctoritatis in aula Romana acquiſiverunt, ut illud jactare ſuſtineant, ſeſe rerum graviſſimarum iſtic judicandarũ veros eſſe arbitros. Ei quoque rei accedit, quod cum reges Neapolitani Hiſpaniæ non eſſent reges, Pontifices minima quaque comminatione negandi inveſtituram, Principatus, ducatus, marchionatus aliaque magna dominia ab regibus meis facillime impetrarent; contracta inſuper affinitate, omnique genere liberalitatis, animos eorum conciliarent. Sed hoc tempore, ceſſante metu, ſi Ponti-

Pontifices velint ampliare dominia ſua, adiguntur, ut ea parata ſibi comparent pecunia: & ſagaces Hiſpanię reges poſt plurimas preces (quæ vicem auri funguntur, quibuſque primum exorari volunt) non inſulſe deinceps illis ea divendunt. Graviſsimæ ſunt calamitates illæ, reſpondit Almanſor, quas mihi narras, Regina Neapolitana: cæterum tu quæ es officina ſerici, & granarium totius Italiæ, quid ita diſtorta, & exanguis incedis? Quatuor dies ſunt, reſpondit regnum Neapolitanum, ex quo Hiſpani nudi terra è ſua in hanc meam adpulere ditionem. Ac quo ſeſe auro tegant, neceſſe habent me ſpoliare, ut tot diſcalceati, & nudi homines veſtiantur. Si vidiſſes præterea rapacitatem proregum, qui ad ſeſe exſaturandos in domum meam ablegantur; ſi etiam noſſes rapinas ſecretariorum, & mille aliorum officialium, & aulicorum, quos ſecum adducit, ut meum exſugant ſanguinem: forſan mirareris, qui ego tam rabioſam & caninam eorum famem poſſim exſaturare. Quod vero exiguitatem reſiduæ carnis attinet,

net, dicunt Hiſpani, ſeſe in libro quopiam Florentino, qui crudelis & deſperatæ politicæ hodiernæ contineat regulas, ſcriptum offendiſſe, cum ſim regnum adquiſitionis, in morem me equorùm Barbaricorùm, qui in circum deducuntur, debere omni onere carnis privari.

Mediolanenſes, ſubjunxit Almanſor, quomodo tractantur? Etiam illi, reſpondit Regnum Neapolitanum, aqua abluuntur, qua tu me ita liquefactam eſſe cernis. Hoc ſolum diſtamus, quod Mediolanum ſtillet; mea vero domus diluvium patiatur. Vera ejus diverſitatis ratio ex ingeniorum qualitate procedit: Lombardi diſſimillimi ſunt Neapolitanis. Quippe Mediolanenſes Nobiles natura ſunt impatientes, liberi ſolutique, & quam longiſſime à vitio adulationis, & affectationis, meis Neapolitanis inſito, remoti; manu verò, & ingenio, adeo prompti, ut illud dicere ſuſtineant, ſi vel unicum cerebrum Cremonenſe inter Barones meos repertum fuiſſet, ſuffecturum fuiſſe illud, ne pane & cæpis veſce-

veſceremur. Et quamvis id ipſum ab Hiſpanis Mediolani inhumanis moribus ſæpe tentatum ſit: illis tamen reſponſum, ſeſe attendere ad vitam ſuam. Quamquam & vicinitas Griſonum, ducis Sabaudiæ, & Venetorum, in cauſa ſit, cur honeſtius Mediolanum tractent Reges Hiſpaniæ. Cum Pontifices bellum gererent, etiam mecum melius agebatut. Seb abi, ô Almanſor, quoniam video advenire inimiciſſimum meum hoſtem Petrum Toletanum; qui nolim, ut me tecum deplorare ſortem meam videat. Etiam ob hoc ſervitus mea infelicior videri debet, quod miſerabilem hunc ſtatum, quem tu vides, quique me eo calamitatum perduxit, feliciſſimum aureum ſæculum appellare adigar.

Comes de Fuentes in Parnaſſum intromittitur.

ILluſtriſſimus Didius Enſius Guſmannus, Comes de Fuentes Parnaſſo receptus, in ultimum conſiſtorium non ſine gtaviſſima cenſura admiſſus eſt,

eſt, quia exactiſſime ſibi Apollo demonſtrari volebat, nunquid illo tempore, ex quo multos per annos imperium Ducatus Mediolanenſis obtinuiſſet, aliquo pacto excellentibus Italiæ viris tædio fuiſſet, qui ab Apollinari majeſtate meritò vocabantur primogeniti literarum, ea propter, quod res ſoleant elegantiſſimas mira pangere ingenii ubertate. Quanvis vero inter cætera tanti viri crimina maximo ei damno foret accuſatio ea, quod Mediolani non tam regundo populo operam dediſſet, quam peſtiferæ agriculturæ, ſeminando zelotypias ac diſſenſiones, ut ita diffidentiam in Italiæ principibus erga regem ſuum gigneret, quorum opem, & animos, omni induſtria, atque animadverſione illi debuiſſet conciliare: graviſſimæ nihilominus accuſationis crimen, certiſſimum hoc, quod afferebatur de eo indicium, penitus amovit. Quod nimirum in Italia naturæ fuiſſet portentum, monſtrum omnino inauditum, obſequentiſſimum Hiſpanis, & alienum à pecuniis. Fuentes ea de cauſa dignus, qui inhabitaret

Par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Parnaſſum, viſus eſt. Et quoniam Apollo de eo jam opinionem conceperat, tanquam ſummo cultore juſtitiæ, capitalique nugarum inimico, à quibus immundiciis illum purgaſſe norat Mediolanenſem ducatum, & triremes iis oneraſſe Hiſpanicas: curam illi deferebat Poëtarum ſatyricorum, ſumma cum poteſtate animadvertendi in eos, ſiquando tempeſtates in Parnaſſo concitarent; diſtichis famoſis infringerent laudes, vel aliter magnorũ imminuerent virorum exiſtimationem. Comiti à magno Fori cancellario diploma admiſſionis in ſplendidiſſima aurea patera miſſum eſt, quo priſtinam gratiam, prærogativam, honorem, ſalarium conſuetum, retenturum ei addicebatur. Additum etiam edictum, quo prohiberetur egreſſu ex ædibus, durante menſe Martio. Non leviter mœrore afficiebatur Fuentes ob improviſum hoc edictum, quod non continebatur in literis Bartholomæi Alviani, Petri Navarri, Antonii Levæ, Marchionis Peſcaræ, & aliorum tribunorum ejus cohortis. Iccirco unice rogabat, ut edi-

edictum hoc abrogaretur. Sed omnia fuere fruſtra, libere eum monente Apolline, ut acquieſceret: quippe ſi neglexiſſet negotium illud maximi ponderis, fore ut mundum relinqueret ſine luce, ac niſi ipſe hoc menſe fuiſſet retentus, ne humanum genus affligere poſſet ſolitis ſuis pravis moribus, commoturum in hominibus pernicioſos humores, quos concoquere poſtmodo non poſſet: idcirco ſe nolle, ut in Parnaſſo quiſpiam appareret hoc tempore, in quo omnes iſti defectus concurrerent. Populus nihilominus Hiſpanus, quia admodum ſolet efferri proſperis rebus ſuis, ingenioſeque tegere, ſi quid adverſi acciderit, ignibus artificioſis, pyrecbolis, ſclopetorum exploſione, ſignum incredibilis dabat lætitiæ, quod comes in Parnaſſum admiſſus eſſet. Exacta vero dimidia parte noctis, cum regia area Hiſpanorum monarchiæ eſſet principibus avidis iſtarum novitatum repleta, abibat unuſquiſque tolutim. Fuentes vero ſive naturæ turbulentia, aut ſervili animo, & novitatum cupido, aut propter quaſdam ſimul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ſimultates privatas, vel ut Italiæ perturbaret quietem, inſcenſo equo obtulit ſeſe in modum militarem, cum oporteret ſeſe pacifice gerere. Ædibus pedem efferebat. Dumque tentat principi alicui incendiariam facem admovere, ipſe tam celeriter ignem concepit, ut ea inter manus illius rumperetur. Flamma adeo faciem ejus uſſit & fædavit, ut ſubito ex Parnaſſo ſe fuga proriperet; ſive id factum, ut nonnulli dicunt, quo curaretur in loco abdito, ſive, ut alii opinantur, propter pudorem in ſe converſi mali damnique, quod alteri volebat inferre. Nec ſane ab vero abludit, eum hac de cauſa aufugiſſe, ne rideretur ab hominibus, tanquam qui tali facto plane perditum iſſet gloriam atque exiſtimationem, quam tot annorum curriculo ſibi recta Mediolanenſi gubernatione, rebuſque eximiis in Belgica geſtis, comparaſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Omnium ditionum errores in Parnaſſo examinantur.

CUm non aliud Apollini eſſet negotium, quod magis ejus vexaret animum, quam ut orbis univerſi principes juſto ſuarum provinciarum regimine populo ſatisfacerent, prout conveniret: poſt ſecula aliquot elapſa in Parnaſſum mos introductus eſt, quem imitarentur ſinguli, ut nomina principum totius orbis præcipuorum in ſchedula ſcriberentur, quo ſingulatim illa ex urna aliqua producerentur, quibus publicus rerum civilium cenſor, in conſpectu ſacri collegii, difficultates in adminiſtratione cujuſque prognatas memoraret: obſtringerenturque iidem ea, quæ objicerentur, firmiſſimis diluere argumentis, vel ſpatio menſtruo illa corrigere. Fuit ſane inſtitutum nobile ac ſanctum, quoniam effecit, ut tot ſeculorum decurſu, ex quo in uſu fuit, principes infiniti ſuos emendarint errores. Nam cum cognoſcerent, ſe in examen adeo ſeverum vocari, ſtude-

bant

bant vitæ honeſtiſſimæ, ne in præſentia tot principum ob ea, quæ egiſſent, in ruborem darentur. Die itaque definito univerſi orbis principes coram Apolline comparuere. Cenſor civilium rerum, Comes Balthaſar Caſtilionenſis, Illuſtriſſimo & reverendiſſimo Iohanni de Caſa, ſedis Apoſtolicæ ad hunc principem legato, qui primum ex urna educebatur, dixit: Rem factioſam admodum videri ſibi, planeque indignam Majeſtate pontificis, Romæ nonnullas conſpici familias potentes, maximique patrimonii habentes loco, quod ſe non bene affectos eſſe erga amplitudinem ſedis Apoſtolicæ exteris monſtrent principibus, qui omni occaſione valeant ſuæ familiæ potentia Pontificem in ſummum diſcrimen adducere. Se poſſe affirmare, ſua ætate nullum ſe turpius, execrandumque magis facinus illo vidiſſe, quod patrarit Carolus V, cum nobiliſſimi Regni Neapolitani præfectura compenſarit crudeliſſimas ſeditiones, & pudendas nequitias, quibus Cardinalis Pompejus Columna uſus ſit verſus ſummum pontificem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Clementem octavum. Tum Illuſtriſſimus Iohannes Comitem rogavit, quamdiu eſſet, ex quo non in curia verſatus eſſet Romana. Hic cum annos plus quam ſeptem elapſos eſſe reſponderet, petebat legatus, ut nunc reverteretur: cogniturum eſſe protinus, quomodo propter magnam uvarum copiam, quam comederint Pompeii, Fabricii, & Aſcanii Columnenſis proſapiæ, Virginii, & reliquorum Baronum familiæ Vrſinæ, nepotum pronepotumque dentes adeo obtuſi ſint redditi, ut nec valeant ultrà juſculo veſci: propterea quod Pontifices, ex quo ad unguem obſervaſſent illas exorbitationes, præclare uti noviſſent Tarquiniano illo præcepto, redigendi papavera illa cypreſſis jam non minora, ad humilitatem pumilionum. Huic reſponſo acquievit Comes. Qui convertens ſeſe verſus imperiũ Romanum, ſecundo ex urna extractum, ajebat: Turbas ſeculi hujus non duntaxat in domus Auſtriacæ patrimonio verum in tota Germania videri generatas, idque negligentia temporis hujus

imperatoris Rudolphi. Summopere ſe propterea optare, ut majori cura ille amplectatur gubernationem tanti ſui imperii, memor iſtius à principibus humani generis rectoribus, humeris portari graviſſimum pondus, ac ſuſtineri operoſiſſimum negotium, quali non alius par eſſe poſſit, quam homo agreſtis, robore ac viribus maxime pollens. Propter hoc monitum ab imperio Romano ingentes agebantur gratiæ: ac reſponſum; Commune infortunium omnibus eſſe principibus, accuſari negligentiæ, & quotieſcunque in illorum imperiis ſcandala orirentur, etiamſi conſtaret ab inimicis nimium potentibus eſſe excitata, non poſſe ea quantumvis prudentem principem effugere. Se itaque aſſerere, unicuique, portentoſam potentiſſimæ domus Auſtriacæ felicitatem, in adeundis hæreditatibus ſtatus Flandriæ, Regni Hiſpaniæ, Neapoleos, Siciliæ, Bohemiæ, Vngariæ, Portugalliæ, & acquiſitione nobiliſſimi Ducatus Mediolanenſis, cunctis principibus tam Germaniæ, quam Italiæ, cæteræque Europæ, excitaſſe atro-

atroces adeo ſuſpiciones, ut genuerint præteritas & præſentes calamitates, ſatis conſpicuas in pervetuſto ejus patrimonio, & quibus nunquam imperatores, qui fuerunt poſt inclytum illum imperatorem Maximilianum primum, quamvis multis fuere dotibus præditi, adhibuerint medicamentum, niſi quod magnopere exaſperaret ſeditionem Germanicam, ac horſum confluxere humores adeo multi, & maligni, ut veriſſime poſſim dicere, ſeditiones illas fore incurabiles. Inſuper etiam quemque recordari debere exiguæ autoritatis, quam hujus temporis obtineant imperatores in Germania. Non modo inhumanum nimis eſſe, ſed & prorſus iniquum, expetere, ut quis manibus arctiſsimè religatis Rulandina edat facinora: ſeſe cuique ante oculos ponere ſtatum imperii; qui cum ſit electitius, majorem vim illos habere, qui ſervirent, quam qui regerent. Præterea ſe noſſe, præſentem in Germania domus Auſtriacæ infirmitatem exinde ortam eſſe, quod, poſtquam improbi homines ſeditione hæreſis eſſent ſuffu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

rati ſubditorum animos, (quod furtum ſane maximum eſt, quandoquidem regna illa pro deperditis haberi poſſunt, quibus tam peſtiferum inſperſum fuerit ſemen) imperator videatur obedientia ſuorum clientum ſpoliatus. Se ſingulos itaque rogare, ut attendant ad conditiones conſobrinorum, quos domus Auſtriaca ex Germania in Hiſpania habeat: reperturos enim, populum Germaniæ ad libertatem natum, quo ſe tutum reddat à formidabili tantæ familiæ potentia, impias moliri vindictas, adverſas etiam illis, qui non ſunt ſecuri à jugo Hiſpanorum. Cum igitur iſti propter peccata hominum nunquam ad illud culmen, ut dominentur univerſis, ſint deventuri, à quo mera Dei benignitate ac miſericordia tantum recedunt, quantum ſuis artificiis eo contendunt appropinquare: in memoriam omnibus ſe reducere, primos, qui Italia, cæteriſque extra eam terris, parum reverenter exhęredaſſent majeſtatem imperatoris, fuiſſe hos ejus conſobrinos in Hiſpania: quod clare ex uſurpatione Finalis, & aliis Feudis imperialibus,

perialibus, quilibet videret. Omnia hæc cum commoveant humores periculoſiſsimos, præterquam quod ſic minime concoquantur, effici, ut domus Auſtriaca in Germania à potentiſsimis inimicis vehementiſsime adfligatur, dum ſolis comminationibus Hiſpani univerſum orbem conjicere in metum, eumque invadere ſtudeant. Se etiam atque etiam operam dare, ut univerſum ſacrarum literatorum collegium bene ſecum reputet, quomodo deplorando iſti liberorum defectui, in hoc imperatore quantum apparet duraturo lugenda fratrum fœcunditas eſſet adjuncta: quorum unus, violentiſsimo ambitionis ſtimulo agitatus, tandem non dubitavit domum jam ruentem præcipitare. Rem illam adeo abſurdam fuiſſe, ac ſi voluiſſet orbi clarum facere mortalem ſtolidum eſſe Regem Salomonem. Hoc reſponſo, quod graviſſimum & veriſſimum quiſque judicavit, Cenſor acquievit. Converſuſque ad bellicoſam Gallicæ monarchiam, inquit, Præclaros totius Parnaſſi viros magnopere deſiderare, ut gubernet mentes

furioſas, inquietas, leves, & ſupra modum impetuoſas ſuorum Gallorum, inficiendo illos illa prudentia, & tranquillitate animi, quæ in nobiliſſima Italica Hiſpanicaque apparere ſoleat gente. Non mediocriter exiſtimationem violare, Regnum Galliæ, primas obtinentis inter præcipuas monarchias orbis univerſi, incoli ab hominibus ſtultiſſimis. Adhoc monitum regeſſit monarchia Galliæ; cenſorem non perbene edoctum eſſe de ſtatu regni ſui, vitiaque ſenſiſſe præcipuas virtutes, quas ipſa amet in Gallis. Fatuitatem, levitatem, imprudentiam, præcipitem naturam, effeciſſe illud regnum formidabile adeo & tremendum. Gallos incredibili alacritate, & animi promptitudine, ad leviſſimum nutum, ea ſuſcipere pericula, ad quæ adeunda alii principes capiſtris, fuſtibus, crudeliſſimiſque quibuſvis patibulis ſubditos ſuos ſapientes, circumſpectoſque impellere nequirent. Ex variis bellis cum diverſis fortiſſimis nationibus geſtis ſe documentum cœpiſſe, exercitum lectum ex militibus ſtultiſſimis & paratiſſimis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

tiſſimis, dummodo à ſtrenuo impera-
tore ductus fuerit, excuſſiſſe victoriam
iis populis, qui contenderent, ut eſſent
circumſpecti, maximeque ſapientes.
Reſponſio Gallicæ monarchiæ tanto
magis à Caſtilione laudabatur, quanto
ex rationib. potentiſſimi regni collige-
re magis poſſet, Gallos illas dotes vir-
tuteſq; habere animi, quę in ulla natione
requirebantur ad ſtabiliendum, dila-
tandum, & continendum magnum a-
liquod imperium. Deinceps cenſor,
cum ſeſe convertiſſet verſus potentiſ-
ſimam Hiſpaniæ monarchiam, dixit;
notum eſſe unicuique, nihil æquè om-
nium populorũ, præcipue ſi ſubditi fue-
rint exterarum gentium, conciliare a-
nimos, quam illius, penes quem impe-
rium eſt, humanitatem ac comitatem.
Et propterea quod Neapoleos, Medio-
lani, Siciliæque gubernationem ſuis ſo-
lum Hiſpanis mandaſſet Baronibus, hos
ratione nulla perſonarum habita, ſolen-
ni Caſtellana aſperitate, intolerabilique
faſtu Hiſpanico, majorique, quam re-
gis Hiſpaniæ hoc in imperio foret,
tantopere offendiſſe bonos fideleſque

 ſuos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

ſuos ſubditos, ut non leviter aliis odioſum Hiſpaniæ fecerint dominium. Potiſſimum ſe ab illa flagitare celeriorem in negotiis magnis minimiſque expeditionem, cum nimiam propter tarditatem & perplexitatem in deliberando de rebus ſeriis, amplas ſibi oblatas intermiſerit occaſiones ſui augendi regni. De hoc monarchia Hiſpaniæ plurimas habuit cenſori gratias. Ad ſui excuſationem adducebat: Illum nobilem, qui juvenculam duxerit, formæ excellentiſſimæ, verum ad naturæ laſciviam proclivioris, callidiſſime agere, ſi ſtudeat, ut præſtantiſsimus quiſque ex aulæ ſuæ ſervis, magis odio ſit ſuæ conjugi, quam amori. Quod attinet ad nimiam in rebus gerendis conſiliorum tarditatem, quam ſtatuat vitioſam & obnoxiam, non eſſe poteſtatis ſuæ mederi illi: quoniam potentiſſimus Deus non ſine gravi cauſa ſuos Hiſpanos uſque adeo diverſo ab Gallis ingenio creavit, dum hi in rebus gerendis præcipites ſint potius, quam conſulti: illi vero in eo quod ſint tardi nimium & dubii, in hoc obediant

Divinæ voluntati, cui ita placuit. Deinceps Poloniæ regnum ex urna eximebarur; quod comes Baltaſar ſic allocutus: Vniverſos Europæ principes optare, ut Sigiſmundus hujus temporis Rex de illis ſeditioſis nobilibus, qui nuper à ſe deſciviſſent, ſupplicium ſumeret pro delicti magnitudine, ſaltem ad alios nobiles horum exemplis terrendos a rebus id genus patrandis. Ad hoc ita Poloniæ monarchia; ſuo in regno electitio hujuſmodi poenas nobilium haberi pro damnoſis, quæ alioqui in ſtatu hæreditario eſſent perutiles. Illud Regnum, quod aliquis debeat beneficio nobilium, quorum ſit poteſtatis electio regis, non poſſe gubernari modis tam efferis, (quales in imperiis hæreditariis eſſent ſaluberrimi) quin incurrat evidentiſſimum periculum, ne ex ſublimi ruat. Senatus itaque, qui iudicio ex amore profecto alterum donat regno, ſi poſtmodo ſtimuletur odio, novit quoque id quod tribuerat auferre. Cauti ſenatores ſolent ſibi reſervare iuſtrumenta neceſſaria, ut poſſint nunquam non ob moleſtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

obſequium poenitere prioris liberalitatis. Hunc Regem Sigiſmundum, cum ſit primus ſuæ proſapiæ, qui regnarit in Polonia, non alium ad ſcopum magis debere dioptram ſuarum omnium cogitationum intendere, quam ut ſuperflua lenitate ſe munificum reddat nobilibus Regni ſui: quo tranſmittat in poſteros ſuos hæreditatem tanti regni, cum grata ſui memoria. Admonitionem hanc tanto magis neceſſariam eſſe Sigiſmundo, quanto minus Poloni, ſi bonum habuerint Regem electitium, fraudent genus Regium ſucceſſione: modo is, qui imperat, comitate norit ſibi devincire omnium benevolentiam nobilium. Præſertim cum Polonica gens ſit neſcia vivendi in pleniſſima libertate, ac omnem ſervitutem ita ſit peroſa, ut Rex penes illos ſit (res pervulgaris in omnibus electitiis imperiis) vaferrimus in rebus ſtatus ſui, qui maxime ſimulet ſe non videre, maximeque oſtendit malle ſe quædam ignorare. Non modo cenſor, ſed & univerſum ſacrū collegium, pro eximia recepere juſtificationem

hanc

hanc monarchiæ Poloniæ. Quoniam protrahebatur ex urna illuſtriſſima Angliæ monarchia, cenſor, quamquam vultu quodammodo conturbato, humaniſsimis nihilominus verbis dixit illi, ſi opus ulli foret homini prudentia humana, maxime principibus eſſe neceſſariam, propter operoſa, quæ illis incumbant negotia gubernandi genus humanum. Præcipua vero veriſſimaque hominum ſapientia cum ſit timor Dei, non admodum prudentem ab illo poſſe expectari adminiſtrationem, qui impiam & ſceleratam commiſerit ſtultitiam, ut tergiverſetur contra majeſtatem divinam. Hæc ſe eapropter narrare, ut Regi Iacobo ſexto præceptum indicet politicum, quod Anglos Scotoſque impudenter in conſuetudinem adduxiſſet ad accommodandam Religionem imperitandi libidini, quo uſus fuerit pro inſtrumento concitandorum populorum: illam politicam eſſe inauditam antiquis heroibus, eo forſan, quod animus iis non fuit illam uſurpare, ne tantopere majeſtatem offenderent divinam. Itaque

ſe admonere illum de depictis ante oculos imperii Græci calamitatibus, quod quandoque dignitate dominii ſui, multitudineque ſubditorum, ac opulentiſſimis theſauris, longe antecelleret imperium Anglicanum: nihilominus ubi ſe à fide catholica ſeparaſſet, ut ſic ſe ſubduceret divinæ ſummi Romani Pontificis excellentiæ, adeo promeritum eſſet iram Dei, ut mundus ſervum illud eſſe videat viliſſimæ, barbaræque maxime gentis, quæ ab omni hominum memoria dominium unquam in orbe terrarum obtinuit. Significaret idcirco Regi Iacobo, ut tanto impenſius ſe conciliet cum Deo, quanto difficilius, cum dominus ſit duorum regnorum inter ſe infeſtiſſimorum, ſine peculiari auxilio Dei neutiquam ſit ejus virium harum duarum coronarum firmare concordiam. Proinde ſciat, indies eos magis irritari, quod die ac nocte plurimum intentus foret, ut defenderet manifeſtiſſimos errores ſectæ ſuæ, maximeque ſe exerceret in diſputationibus religioſis. Ad hanc ſeveram juſtam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

juſtamque Caſtilionis cenſuram Angliæ monarchia viſa eſt flere.

Deinceps Comes converſus ad vaſtum Ottomannicum imperium, ait; Atrocitatem in præcipuis miniſtris ſuis caſtigandis ob leves ſuſpiciones, ab univerſo cenſeri mundo actum efferum & crudelem, cum videatur unicuique, virtutis eximiæ viros, optimeque meritos, puniri non oportere niſi propter delicta maxima, eaque manifeſta. Quamvis præterea jure Ottomanni Principes illis necem afferant; conſuetudine tamen omnibus illos evertendi fortunis, quas poſtmodum deferant in theſauros ſuos, ſpoliando penitus illorum filios, decolorare omnem ejus ſupplicii æquitatem: cum quiſque putet, hac ſævitia facultates potius, quam delicta alicujus, auferri.

Mirabili gravitate apertæ huic criminationi imperium Ottomannicum reſpondebat, ſe ad illam, in qua ab unoquoque conſpiciatur, magnitudinem accreviſſe, duobus duntaxat potiſſimum modis: nempe præmiis infinitis, & graviſſimis pœnis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Et cum in omni imperio unicum tranquillitatis fundamentum conſiſtat in optimorum virorum fide: nihil æque curandum eſſe Viris principibus, quam ut miniſtros immenſis præmiis fidei ſuæ obſtringant, & ſuppliciis infinitis terreant à flagitiis. Quoniam verò miniſtri illi, quorum in manu ſint arma & imperatores, & clavus rerum publicarum, nequeant errare, niſi in rebus graviſſimis; eſſe conſilium ſtultiſſimi principis, in ſuſpicionibus maximis perpeti, ut in tribunali res diſceptetur, & reus ſeſe defenſitare poſſit, ac audiatur ejus excuſatio. Nam in tali negotio, princeps, ni cupiat in manifeſtum ſe conjicere periculum, cogitur nec opinanti manus injicere miniſtro, & conſulere ſuis rebus, ſic ut executio pœne ipſam etiam accuſationem antevertat. Sepe uſu veniſſe, ut feſtinatione ſupplicii impediret, quominus quis perficeret facinus animo conceptum. Quod conſilium licet confitearur eſſe perdurum; ſcire tamen huic deberi, quod in ſuo imperio non viſi ſint Comites S. Pauli, Principes Arauſionenſes,

ſes, Caſpari Colignii, Duces Guiſii, Omalii, Maynii, & Mercurii, aliaque turpiſſima perfidiæ monſtra, qui maximo cum pudore eorum principum, qui laqueis, gladiis, ſecuribuſque, tam damnoſa delicta prævenire nequiviſſent, alibi comparuiſſent; cum hæc lex civilis, quam dura, tam etiam ſecura ſit, ut ille miniſter, qui vel minimam perfidiæ ſuſpicionem apud Principem incurrit, protinus capite plectatur. Quippe duces illos, quibus exercituum regundorum incumbit cura, ſimiles uxoribus virorum magnatum eſſe oportere, quas tanta cum animi caſtimonia vivere par eſt, ut nec vel leviſſimam minimamque moveant ſuſpicionem maritis ſuis, nedum ut culpa tantum vacent. Quantum vero ad illud alterum, quod Baſſis ſuis facultates & bona unà cum vita adimeret; ſeſe veriſſime poſſe affirmare, ſalaria, dona, divitiaſque, quibus alii principes augerent miniſtros ſuos, comparatione earum opum, quaſquas ipſa benemeritis ſuis famulis tribueret, eſſe nullas, aut viliſſimas. Illud ſatis mani-
feſtum

feſtum fieri ex regalibus illis divitiis, quas poſt mortem reliquere Ruſtanus, Mehemetus, Ibrahimus, aliique infiniti. Maxime ad hoc attendendum eſſe Principi, qui prœmiis Proceres ſuos honorat, ut provideat, ne immenſæ iſtæ opes, quibus ipſe fidem ſubditorum mercatur, aliquando damno ſint illi, cujus liberalitati eæ debentur. Ex tumultibus aliorum imperiorum ſeſe cognoviſſe penitus, pernicioſiſſimum eſſe, ut magnæ divitiæ à miniſtro benemerito in filios traducerentur, abſque hoc, ut ipſi virtute, fortitudine, & fide paterna eos promeruiſſent à principe.

Neque ſe avaritia, ut mnlti perverſe putarent, confiſcare bona Baſſarum ſuorum; ſed ne commoditatem illis otiosè, & vitiosè virendi præberet. Quin etiam ſe illos, qui paternis virtutibusinſiſterent, perpetua ſpe alere potiundi paterna hæreditate, eaque duplicata. Magnas enim divitias, ſi ab homine nequam poſſideantur, eſſe aptas ad conturbandam quietem cujuſcunque regni; idque ſatis manifeſtum ex præteritis in Gallia & Belgio tumultibus.

In-

Imperium Ottomannicum, dum hæc narraret, animadvertebat, ſereniſſimam Galliæ monarchiam motu capitis demonſtraſſe, ſe neutiquam rationibus iſtis acquieſcere. Quaproqter aliquantum commota ita inquit: Conſuetudo, Regina ſereniſſima, hæreditates meis clientibus adimendi perutilis eſt imperii mei magnitudini, ac quieti: & propter amicitiam, quæ mihi tecum intercedit, utinam ſimilis mos obſervatus in veſtra fuiſſet Gallia. Præcipue cum te non fugiat, quem in uſum Henricus Dux Guiſius nuper immenſas illas impenderit divitias, ſibi à liberaliſſimo Rege Franciſco I, & filio ejus Henrico donatas ad remunerandum merita Ducis Franciſci, patris ejus, qui dum ſerpentem in ſinum ſuſcipit, ſeverus in ſe, in alios ſævus fuit.

Vos, me, & juxta omnes, qui dominamur, non præterit, dulciſſimum mel, quod homines ineſcare poſſit, eſſe has regnandi illecebras. Et cum nemo ſit, qui ut guſtet tantillum, non maximam capiat voluptatem in vita etiam apertiſſimis exponenda periculis: principes debent

debent diligentiſſime unicuiq; obſtruere aditus regnandi, & procul ab ambitione amovere. Illud quinetiã dixerim, debere eos hunc in modũ negotia aptare ſua, ut quilibet plebejus diffidat ſe unquam guſtaturum dulcem ejuſmodi liquorem. Ingenue vobis dico, ſi veſter Dux Guiſius in meo duntaxat imperio tale animo concepiſſet facinus, quod malo publico petulanter in veſtro Galliæ regno executus eſt; illo ipſo die hanc attuliſſem illi vim, quam Rex veſter Henricus III, etiamſi inſtigatus à plurimis Italiæ Priucipibus, non potuit in animum inducere, præterquam extremo fædiſſimæ lamentationis die, cum jam plaga Gallicanæ ſeditionis evaſiſſet in gangrænam immedicabilem. Quippe ubi ambitio regnat inter nobiles: Principes ſe ſeveros admodum oſtendere adiguntur; crucem nunquam non habendo paratam ad puniendos ſeditioſos, & theſaurum apertum, unde ſatisfieret animis quietis ac fidelibus. Cum ille princeps ſit indignus imperio, qui non animum obtinet ſibi obſeqnentes efficere: nihil
dam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

damnoſius reperiri viderique in imperio, quam ut principes metu ejus, à quo timeri deberent, afficerentur. Verum enimvero proprium vobis reliquis eſt Europæ principibus, qui profitemini literas, & qui vivitis ſecundum præcepta magnorum politicorum, me barbarum, ſecurumque meum procedendi modum Tyrannicum appellare. Per me autem licet, ut veſtris vos heroicis virtutibus, clementiæ ac manſuetudinis, redigi ad imprudentiæ terminos patiamini, ad perferendas res vobis indigniſſimas. Non poteſt dici, quantum imperium Ottomannicum ſua offenderit oratione omnes præclaros ſacri collegii viros, qui, poſtquam ſurrexiſſent, graviſſima perciti ira regeſſerunt illi; facillimo negotio ſe oſtenſuros eſſe, ea, quæ retuliſſet, fuiſſe ſceleſtiſſima; indignaque, quæ ab magni animi homine jactarentur exaudirenturque ab hominibus honori ſtudentibus. Adhæc ſubriſit imperium Ottomanicum, reſponditque, ſeſe in pręceptis civilibus, quibus alii gubernent regna, ſpectaſſe ad utilitatem moralem, quæ ſibi inſerviret

ſerviret pro regula bonorum morum, cum tranquillitas rerum publicarum præponi debeat reliquis humanis commoditatibus. Tum cenſor, ut diſputationem ita odioſam abſcinderet, convertit ſe ad magnum Ducatum Moſcoviæ, eumque hunc in modum eſt affatus: Inter ea, quæ majeſtatem principis alicujus maxime exornent atque extollant, ſecundo ſe loco reputare inſignem hanc prærogativum, quod quis imperet populo bonarum literarum, & præcipue virtutum amanti. Se illi cogitandum relinquere, non ſolum æſtumationem ejus minui, verum etiam ipſi accedere maximum opprobrium ac dedecus, quod unice ſtuderet, ut ſubditi ejus in craſſa ejuſmodi inſcitia educentur. Quoniam in ditione ſua (expulſis artibus liberalibus) duntaxat ſubditis, ut diſcant legere ac ſcribere, permiſiſſet. Ad hanc cenſuram reſpondit Ducatus Moſcoviæ: obſervaſſe ſe ex literarum ſtudiis, quibus hæ locis viguiſſent, obortum eſſe terribile incendium: eo ſe edoctum, hoc conſilii cœpiſſe, ne odioſum adeo in ſuo Ducatu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

tu diſſidium ſeminaretur, cum homines ſint armenta principum, ſicuti pecudes privatorum hominum. Summam eſſe ſtultitiam, ea militia, quam literæ inſinuant capitibus eorum, qui illas amplexantur, armare illud humanum pecus, quod propter meram ſimplicitatem ſibi à Deo inditam, etiam quam maxime numeroſum, ab uno ſolo principe paſtore commode regatur guberneturque. Veluti ignis propria ſit qualitas calor, ita ex literis converti ſimpliciſſimum pecus in aſtutiſſimas vulpes. Seſe credere, Germanos, Hollandos, Zelandoſque, ſi à principibus ſuis fuiſſent relicti in ſimplicitate veteris ignorantiæ, & pariter proſpexiſſent ne animi puri gentis iſtius contaminarentur peſte literarum Latinarũ, Græcarumque: nunquam ſane cum ruina antiquiſſimæ religionis & exterminio multorum principum, qui primitus regerent iſtas provincias, eo ſapientiæ perventuros fuiſſe, ut formarent illam perfectiſſimam reipublicæ formam, ad quam nunquam potuere penetrare ingenium Solonis, ſapientia Platonis, &

pariter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

pariter tota philoſophia Ariſtotelis.
Hoc reſponſum animum cenſoris, & univerſi ſacri collegii, tantum commovit, ut vultu minabundo in hæc verba erumperent; rationes à magno Moſcoviæ Duce allatas calumnias eſſe maniſeſtiſſimas. Primum apparebat literatos ſat animi habuiſſe ad ulciſcendam eam injuriam; ſed mox deſtitere, animoque conciderunt, cum viderent, potentiſſimas pleraſque monarchias arma capere ad protegendum Moſcovitam. Qui propter promptum auxilium, quod perceperat ſibi ferri à tot principibus, audacior factus fortaſſe, liberius dicebat; quicunque negent literas non magnopere turbare tranquillam reip. gubernationem, Principeſque facilius imperare millioni ignorantum, quam centenis literatis, qui nati ad regendum magis, quam ad obediendum forent, illos per gulam ſuam mentiri. Plane igneſcebant præclari viri, propter animoſam hanc provocationem, animoque ajebant, Moſcovitam verba feciſſe digna imperito. Seſe cognoviſſe, homines ſine literis eſſe
aſinos,

aſinos, & boves bipedes. Iam rixa erat concitata, cum Cenſor compeſcens illam clamaret: Habete rationem loci in quo ſumus omnes congregati, ad corrigendos errores, non ad ciendas lites. Tanta erat majeſtatis cenſoriæ reverentia, ut tam mentes principum, quam corda literatorum, quantumvis multa ira æſtuarent, ſævirentque, momento pacarentur.

Minime vero prætereundum hoc loco ſereniſſimum Ducem Vrbinatium, qui principem principum in claſſe locum obtinebat, ſimulac animadverteret, quam periculoſa hæc quæſtio foret acceſsiſſe virtuoſis. Atque ubi aſcendiſſet in primum numerum: oſtendiſſe animum vel ducatum perdere paratum, dummodo defenderet artes liberales. Vbi conticuerat tumultus, cenſor allocutus eſt ſereniſsimam libertatem Venetam, exemtam ex urna, ſicque præfatus: Oſſa eſſe duriſsima, quæ nunquam corrodere valerent Ariſtocratiæ, uti ſatis ipſa noſſet effrenem juventutem, quæ quotieſcunque immoderata licentia laceſsiſſet cives optimos,

timos, ſæpe accelerarant interitum illuſtriſsimarum rerum publicarum. Et ſibi ſemper diſplicuiſſe cum audiret, adoleſcentes Venetæ nobilitatis, rigido & iracundo procedendi modo non leviter offendiſſe præſtantiſsimos hujus Reip. cives, qui non parum dolerent, cum inſolentię nobilium creſcerent, caſtigationes diminui. Propterea ſe dicere, rem hanc periculoſam admodum eſſe in Ariſtoctatia, ſi Illis, qui deberent merito jactare ſe immunes eſſe à periculis premere eos ſolitis, qui regantur à cupiditatibus inſani principis, occaſio detur conquerendi ſe male multari à multis tyrannis.

Ad hoc ſereniſsima libertas Veneta; flagitia, inquit, à cenſore enumerata eſſe vera pariter & periculoſa. Verum enim vero imperandi autoritatem eſſe ſuperbiæ adeo annexam & inſolentiæ, ut ambæ videantur uno partu in vitales prodiiſſe auras. Immodicæ nobilium in omni Ariſtocratia licentiæ in cives mederi velle à ſummis viris diſſertantibus de Rep. habitum eſſe pro opera perdita. Quamvis perutile foret, ſævis

pœnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

pœnis has frenare inſolentias; ab altera tamen parte debere Ariſtocraticos, quantum queant , abſtinere à publicis animadverſionibus in homines nobiles, etiamſi illi fuerint ſeditioſiſsimi, ne infamibus patibulis apud populum hanc ipſam evertant nobilitatem: quæ cum in manibus teneat imperii habenas, propter ingentia publicæ tranquillitatis emolumenta deberet eſſe maximæ autoritatis. Etiamſi Venetiis nobilium protervorum , & inſolentium , qui in area Sanċti Marci inter duas columnas ſupplicio afficiantur,non is ſit numerus, ut ſatiare auimos quorundam ſatis poſſit, à magno tameu conſilio Pregadum ac Collegio, reliquiſque ſupremis magiſtratibus, qui de ſuppliciis & infamibus depoſitionibus couſulunt, crudeliſſimum extrui macellum , ex ſeditioſis iſtis nobilibus , qui in patria libera reperti ſint tyrannicum aluiſſe animum.

Multos ex nobiliſsimis familiis eſſe Venetiis , quibus propter ſua merita infami pœna ſit detrita vetus æſtimatio, multoſque ejuſcemodi iċtu in terram proſtratos nunquam poſtmodum

dum adhonores dignitateſque reſurgere potuiſſe. In hoc ſitam eſſe hominum nobilium vitam, qui vivant iu Ariſtocratico ſtatu. Ad corpus aliquod dilaniandum non poſſe ab ipſo Perillo excogitari patibulum ſævius illo, quod expertus fuerit nobilis Venetus, cum iu dignitate quapiam potiunda prefertur ei quidam multo junior, idque eo ſolum, quod à ſenatu honore eo dignior eſſet judicatus. Caſtilio non tantum admirabatur ſic defenſam ſereniſsimam libertatem Venetam; ſed ſummopere etiam laudabat ſeveritatem, qua utitur in puniendis ſuis nobilibus, quoties alicujus delicti vel manifeſti erroris rei ſint judicati.

Deinceps cenſor ad ducem Sabaudiæ converſus, inquit, quod cum ducatus in confinio Gallorum & Italorum ſitus eſſet, æquam cum utroque amicitiam colere cogeretur. Sed cum in poſtremis Galliæ tumultibus plane Hiſpanis ſeſe addictum oſtenderit: non ſuum tantum, verum & quorumvis principum Italorum dominia periculo expoſuiſſet. Dumque folle virium ſuarum

rum auxiſſet tumultus Gallicanos ab Hiſpanis accenſos pro certo credere debere, flammam iſtam primum amicos, & parentes ejus, deinceps demum hoſtes Italos correpturam. Cenſori prompte reſpondit ducatus Sabaudiæ; Negari id non poſſe, pacem ab ultimo ſuo duce initam eſſe cum Hiſpanis: ſed occaſionem optimam, quod ei ter ſepteni contigiſſent, ſpem quoq; addidiſſe, ad illum principatum pertingendi chartis luſoriis, ad quem alius quicunque princeps quiviſſet accedere. Quod periculum tanto lubentius ſuſcepiſſet, quanto major eſſet neceſsitas perdendi nummos iſtos, quos luſu fuiſſet lucratus. Poſtmodum vero etiamſi maximo ſuo cum infortunio ipſi acceſſerit illud contumelioſum folium, quod plus doloris, quam quodcunque aliud ex integro chartarum faſciculo, attulerit: ſcire ſe nihilominus, homines ſagaces confeſſuros protinus, utcumque id conſilium fuerit periculoſiſsimũ, ſeſe tamen, ſalvis regulis artis luſoriæ, aliter non poſſe ludere. Sinuoſum illum ſermonem illico percepit Cenſor, plurimumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

mumque laudavit ejus Ducis animoſitatem; qui quod exigua febri maximæ orbis partis imperio frui potuerit, non ſolum imprudentiæ crimen effugit, verum etiam ſumma ſua cum laude, auſus fuerit omnem magnitudinem ſuam fortunæ ſortique committere; notumque illud de ſe uſurpare potuiſſet, Aut Cæſar, aut nihil.

Poſtmodũ Cenſor, ad nobiliſsimum ducatum Hetruriæ converſus, acriter reprehendit triremes, quibus nihil niſi veſpas captaret. In memoriam inſuper reduxit calamitates, contumeliaſque, quas perpeſsi ſint equites S. Iohannis in Rhodo inſula, Tripoli, noviterque in Melita nata pericula; propter hoc ſolũ, quod imprudenter ſtuduiſſent tintinnabulũ tauro appendere; cum quilibet Sapiens princeps Chriſtianus ob præſentem Turcarum negligentiam gaudere potius debeat, quam injuriis inutilibus, quæque multum damui & nocumenti ſibi & aliis afferant, eos exacerbare; eoque adigere, ut iterum rebus maritimis, jam diu ab ſe prætermiſſis, & neglectis, animum adjiciant.

Memoriam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Memoriam in ſuper refricabat, quomodo infinitæ ſint gentium querelæ, ipſum ſolum eſſe in cauſa, ne merces, & aromata tranſmarina, quorum magna jam ubique eſſet caritas, commode ex Oriente in Italiam deportarentur.

Ei crimini regeſſit ducatus Hetruriæ; perfectam non poſſe dici potentiam ejus Principis, qui nullis inſtructus navibus, nullum in mari dominium obtineret. Suas præterea triremes non magnitudini ſolùm Hetruriæ, verum & ſecuritati Italicæ libertatis, maximopere neceſſarias eſſe; ut pote quæ tanquam Scholæ nauticæ, & ſeminaria forent ducum ac militum. Seſe confiteri, damnum, quod inde rediret ad mercaturam, & commercia: verùm occurrere eâdem debere, rem bellicam neque mari, neque terra exerceri poſſe ab militibus, principibuſque, abſque alieno damno. Præterea, cum Hetruria multa turbulenta & inquieta produceret ingenia, humores quamplurimos noxios; ſummo jure fabricatas eſſe illas triremes, quæ immunditiem iſtam foras extra ducatum ſuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

deportarent; actum enim fore de caſtitate ſtatus ſui, niſi iſtiuſmodi pœna ſontes deterrerentur. Iſtam namque pœnam promereri milites vitioſos, & capita heteroclita, quæ ad omne malum eſſent propenſa.

Mirabili Cenſoris, univerſique adeo collegii applauſu, adprobata eſt defenſio Magni Hetruriæ ducatus. Comes itaque ad sereniſsimam libertatem Genuenſem converſus, quæ ultimo ex urna exemta eſt, inquit; nimium cambiorum uſum, quem illa nobilibus ſuis permitteret, cauſam eſſe graviſsimi erroris, ut privati divites, reſpublica vero pauperior redderetur; cujus tamen proventus longe locupletior fuiſſet, ſi regales nobilium divitiæ juſtis impenſæ fuiſſent mercaturę contractibus. Prohibitione præterea cambiorum nobiles ſuos relicturos fuiſſe malas iſtas Hiſpanorum artes, unde tantum ipſis dedecoris accederet. Prompte adhæc, quod ſingularem literatis quibuſvis opinionem injecit, reſpondit Genuenſium libertas; Verum eſſe id, quod cenſor moneret, tale quid operari cambia,

ac

ac proinde in quavis monarchia eſſe perniciofiſſima. Nihilominus in bene conſtituto & ordinato imperio poſſe etiam citra ullum Reip. damnum permitti. Maximos & ſecuriſsimos eſſe theſauros in dominio libero nobilium juxta & privatorum divitias. Longe aliter in regnis evenire, ubi inter principum bona, & privatorum hominum facultates, intercederet murus ex octo capitibus fabricatus de Meo & Tuo.

Quoniam in mutationibus quorumvis regnorum, regimen ut plurimum mutaretur ſine publico damno; ſolumque Matthæi nomen in illud Martini converti; verum in ſubverſionibus Rerumpublicarum, ubi libertati ſervitus ſuccederet, theſaurum publicum in privatorum hominum bonis eſſe ſitum; qui profuſe omnes facultates ſuas profunderent in defendenda ad extremum etiam ſpiritum libertate. Quantum vero ad pravas Hiſpanorum artes, quas nobiles ſui inſiſterent; rogare ſe unumquemq;, ut bene conſideret, num mercatura ſuorum Genuenſium Hiſpanis damnoſior foret, an Hiſpanorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

familiaritas Genuenſibus? Comperturos eſſe illos, ſartaginem non vereri ab olla infici.

Monarchia Hiſpaniæ ſecretarium ſtatus facere laborat Cardinalem Toletanum; qui recuſat, & quid eum moverit.

RVmor per hanc aulam ſparſus fuit potentiſſimam Hiſpaniæ monarchiam cogitaſſe de præcipui ſtatus ſui ſecretario faciendo Illuſtriſſimo Cardinale Tolerano: quo magna hujuſce in Theologicis providentia adjutaretur in conſiliis regalibus; nec ibi quicquam decerneretur, quod contra ſuam eſſet conſcientiam. Magnum ſtuporem huic aulæ attulit res tam nova & inſolens, cum quiſque ſciret, quantum ille antiſtes in iterata benedictione Chriſtianiſſimi Galliæ regis, Henrici IV, parum faverit negotiis regis ſui. Propterea nemo potuit ſibi imaginari cauſam, quare ſagaciſſima hæc Princeps in rebus maximi ponderis voluerit ſibi inſerviri à ſubdito adeo infideli.

Qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Quicunque profitentur ſe noſſe modum procedendi callidiſſimæ gentis Hiſpaniæ, etiam ex hoc ipſo conſilio potuerunt animadvertere, veterem Regum Hiſpaniæ prudentiam : quibus ſolemne eſt, nunquam ceſſare, uſquedum præmiis, hononorificis dignitatibus, & omnis generis artificiis, manifeſtiſque liberalis animi argumentis, in partes ſuas pertraxerint id genus hominum inſignium, quod vident alieno eſſe animo ab iis, quæ conſequi regum interſit, & à quibus in ſingulos dies ſervitium expectare poſſint. Homines tanto Cardinali fideliſſimi referunt, Illuſtriſſimum dominum, animo gratiſſimo, & iucundiſſimo, recepiſſe in ſe onus oblatum : attamen ea lege, quam Hiſpani continuo repudiarunt. Sermo ejus erat ; ſi quando ipſe munitus auctoritate ſacræ Scripturæ, & doctrina S. Patrum, ex ſtatutis Canonicis perſuaſiſſet ea, quæ Regali conſilio decreta forent, eſſe aliena & diſſentanea à lege divina, humanaque, velle tantum ſibi poteſtatem relinqui ea impediendi, ne exequantur. Id qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

dem omne hunc in finem ſe facturum; ut mundus agnoſceret, regium Theologum in iſto conſilio tantum fuiſſe occupatum, & intentum, ut optimè conſuleret conſcientiæ regis ſui, idque ſalva voluntate Dei: non autem, ut larvato prætextu ſtabiliret regiam poteſtatem in genus humanum. Quandoquidem nimis turpe, & pudendum illi videbatur, aliquem ſui ordinis operam impendere ad obſignandam impietatem diabolicam hodiernæ rationis ſtatuum, & hominibus ſimplicioribus, nariſque minus ſagacis, fucum hujuſmodi facere, ut exiſtiment fœdiſſimas & putidiſſimas cœpas & muſcum orientalem.

Apollo deteſtatur conſilium ſibi memoratum adipiſcendi pecunias.

INcredibilis pecuniæ penuria nunc temporis Parnaſſi ditionem premit. Nam non duntaxat theſauri Apollineæ majeſtatis, quæſtoreſque præcipuorum hujus aulæ principum; ſed etiam nobiles, mercatores, opifices, eam graviter

viter ferunt. A præfectis itaque bonorum Regiæ Apollinaris, cæteriſque ejus præpoſitis, nonnullos ante dies, diu conſultatum eſt de ſumma rerum, quæ ad ad ſanandam tantam rei familiaris anguſtiam eſſet ineunda.

Uno ore ſtatuebant, expedire, ut mos ille mirificus multiſq; Italiæ principibus ſolemnis, in Parnaſſum etiam introduceretur: ut nempe proventus publici venderetur hominibus; quique eos redimerent, centeris acceptis pro legitima uſura ultra ſortem annumerarent ſenos: & ut porro hominibus privatis permittatur dare pecuniam cuicumque illa indigenti, atque exigere octonos pro centenorum uſura. Hoc conſilium ab his viris pro utiliſſimo habitum, ſimul ac propoſitum Apollini eſſet, quaſi pernicioſiſſimum publico & privato, exemplo rejectum fuit. Moxque ſereniſſima Apollinaris majeſtas ſubjungebat: neutiquam alteri publicos imperii ſui reditus concedendo velle eſſe principibus aliis pravo exemplo ad oppignorandũ in vita ſua illos fructus, qui abſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

onere, veluti ipſe accepiſſet, deberent tranſmitti ad ſucceſſores ejus. Tali quippe inſtituto non tantũ aperiri portas ad ruinam rerumpubl. verum etiam viam avaritiaæ, & malignitati ſtrui principibus illis: quin eo, quod imperent in ſtatu electivo, vel quod non habeant aliquos ſui ſanguinis, ad quos bona hæreditaria venirent, hos fructus dilapident, parum penſi habentes, quod ea ſint longe tutiſſima promptuaria armorum ad tuenda augendaque regna. Morem illum à multis principibus incredibili malignitate introductum magnopere infregiſſe imperia eorum. Et in hoc ipſo propoſito ajebat ulterius Apollinaris majeſtas; Angariationes & vectigalia, in magnis imperiis nunc magnum in modum accreviſſe, eo quod recentes principes reperiſſent fructus publicos à ſuis anteceſſoribus oppignoratos. Utque in ſuis ditionibus urgenti conſulerent neceſſitati, & egeſtati domeſticæ; fuiſſe coactos excogitare nova vectigalia, etiam citra voluntatem ſuam acerbis indictionibus & exactionibus populos ſuos de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

defatigando. Illa errata cum magnis imperiis ruinam minentur, debere principes tanto magis metuere, quanto manifeſtius incurrunt periculum, ne accendant in ditionibus ſuis maxima ſeditionum incendia: & ubi non ulterius poſſint onerare populum novis angariationibus, tandem cogantur petaſum oculis ſuis ſuperinducere: manumque offerre reditui oppignorato, tegentes fuco rapinas bonorum, quæ ab anteceſſoribus eorum magno ſtatus & ſucceſſoris præjudicio, damnoſiſſima prodigalitate, malignitateque, non debuerant oppignorari.

Imperia cum ſint ſubjecta judicio ferri, & tribunali violentiæ; accidere, ut, in quibus obtinuit prava hæc publicos fructus oppignorandi conſuetudo, invadantur diripianturque a principibus nonnullis. Novos autem principes, ut aboleant perſolutiones uſitatas, ſi non juſta ratione, cum colore tamen aliquo crudeliter excedere modum, ruina opprimendo patrimonia plurimorum pupillorum, viduarum, & aliorum miſerabilium hominum, qui in cœ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

mendis publicis fructibus depoſuerint fortunas ſuas. Se ſcire, abuſum publici fructus abalienandi tam latè ſerpſiſſe, ut multi principes avaritia & rapacitate inaudita, ſpoliarint vel dilapidarint: atque interim eos tam crudele facinus habere in parte prudentiæ civilis; quaſi hoc pacto in imperiis electivis nervos incidant ſucceſſoribus exoſis; in hæreditariis vero id faciant peregrinis. Denique dicebat Apollo: Peſſimum eſſe conſilium, ſi homines privati emtione publicorum fructuum, & introductione peſtilentis fœnoris, fructum capiant ex ſolis pecuniis, abſque eo, ut illas occupent in mercatura. Eſſe rem maxime abominabilem, homines natos, ut vivant ſedulo ex ſudore ſuo, ut colant terram, utque attendant ad multiplicationem ſuorum armentorum; vivere iſtis uſuris, quas ex maſſa otioſæ pecuniæ cogant. Rem uſque adeo fœdam nullius eſſe uſus, niſi ad extenuendos homines impigros, & ad piguefaciendos uſurarios.

NOVA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

NOVA ADIECTIO
AD
LAPIDEM
LYDIUM.

Deciſio inſtituta in Parnaſſo de excellentia Romæ, & Neapolis.

COMPARATIO.

Libretto perſcriptum eſt, die XVII hujus menſis, ſub porticu ſereniſſimarum Muſarum aliquibus poetis diſſerentibus de comparatione Romę & Neapolis; Ludovicum Tanſillum temere & inconſiderate dixiſſe, ſnburbia Neapolis eſſe majora univerſa Roma. Cui petulanti mendacio regeſſiſſe H. Carum Tanſillo, eſſe id mendacium Poeticum. Quoniam vero viri inſignes nobiliſſimæ Parthenopes ejuſmodi ſibi inflictam injuriam graviter tuliſſent; in-

impetum in Carum feciſſe, quem continuo ab ſuæ nationis poetis, eodemque Marchionatu natis eſſe adjutum. Iamque ab una & altera parte occupari animos in prohibito carminum genere, inque pangendis verſibus punctim cæſimque vulnerantibus, quibus acre iniretur certamen.

Vbi rumor ad Apollinis aures pervenit, mox illuc Mutium Iuſtinopolitanum miſit, qui ſedavit tumultum, & utrimque exegit, ut promitterent, neutram partem alteri incommodaturam. Et quoniam literati antehac ob ſimiles cauſas ad arma deveniſſent, ac turbas conciviſſent maximas; ut impoſterum quiſque ſciret, quomodo credere, & loqui, de nobiliſſimis iſtis duabus civitatibus debeat; juſſit in Rota primo quoque tempore hac de materia diſputari, ac omnem controverſiam decidi. Poſtquam itaque aliquoties ab utriſque partibus res ad Rotam fuiſſet delata, tandem hæc promulgata fuit ſententia.

Coram Rev. patre domino Cino.

Die x. Maii. CIↃIↃCXI.

Do-

Domini unanimes decreverunt; Neapolim propter majeſtatem urbis debere ſemper cedere Romæ; & Romam Neapoli ob delicias ſitus. Romam item confiteri oportere Neapoli eſſe plures gentes; at Neapolim extra omnem controverſiam ponere debere, Romam inhabitari à majori hominum numero. Ingeniis & vinis Neapolitanis opus eſſe, ut vehantur Romam, quo conſequantur perfectionem illa in aula, & ut magis ſapiant palato virorum magnorum. Romanos vero ea in parte perfectiores, ut pote etiamſi nunquam peregrinati fuerint, veriſſime poſſint dicere, ſe orbem univerſum peragraſſe. Neapolim inrer totius orbis civitates primas obtinere in equis domandis; Romam in hominibus aſtutioribus reddendis. Neapoli reperiri plures equites, Romæ plures ſacri ordinis. Inter Romanos nobiles illos tantummodo titulũ equitis mereri, qui ſignum in pallio geſtent. At vero nullo diſcrimine omnes iſtos dominos Neapolitanæ ditionis, utcunque pallium nulla differat nota, eſſe equites

nuncu-

nuncupandos; cum ſatis illos dignos tam honorifico reddat titulo ingens illa crux, quam Hiſpani illis in carne nuda imprimerent.

Diſſertatio Nobilis cujuſdam Itali de actibus & conſiliis Catholici Hiſpanorum Regis.

SI Italia, ſicuti poſſit, vellet diligenter conſiderare, qualis ſit pax illa, ob quam adeo ſe extollat; certe facile perciperet, debere ſe tanto magis dolere ob otium adeo venenoſum, quo penitus conſumeretur, quanto forte amplius in excidiis, apertaque belli alterius flamma, miſereatur damna amicorum, & exempla, argumentaque ſibi formet ex tantis periculis, quæ ſibi immineant. Videt incontaminatam fidem catholicam in ſuo populo vigere. Videt, principes, filioſque ſuos frui terris ſuis in tranquilla poſſeſſione, pia ſubditorum ſuorum obedientia, ſumma divitiarum proliſque felicitate. Sine dubio hæc conſtitutio, & ementita ſpecies, eſt illi pro maximo ſolatio. Cæterum, quoniam tan-

tanquam robuſtum & ſolidum corpus, quod facillime reſiſtat interiori corruptioni, hæc vegeta terra non perſentiſcit, aut forſan non curat, has ſibi ſtrui inſidias, ſceleſtiſſimaſque fraudes, quibus inimici ejus illam ſibi ſubjicere ſtudent: exinde provenit, ut pax Religionis, imperiique, forte ſit tam anceps miſerabiliſque, quam ullius terræ aut regni, quod hoc tempore adfligat impietas hæreſis, aut belli ſævitia.

Catholicus ſum (gratia Dei) & Italus, nec poſſum cogitando aſſequi, quomodo aliquam præſentium experientiam conſecutus, hac calamitate me extricare poſſim cum amicis ac fratribus meis; à quibus deſidero duntaxat, & expeto, ne graventur attenta, & benigna patientia legere hanc diſſertationem meam. Nec enim dubito, quin relaturi ſint deinceps hunc fructum, hocque univerſum beneficium, quod mihi verè & ſincere propoſui.

Ex hujus temporis ſtatu in Galliis, commode, abſque ut aliunde petatur, elucet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

elucet monitum illud, quod expeto, ut noſtræ Italiæ ſit ſalubre. Scinditur illud regnum, ut neminem fugit, inteſtino, eoque ſæviſſimo bello; imo quo gravius non aliud ſimus perpeſſi. Omnium factionum machinator, ſub ementito religionis titulo, penitus occultatur Rex Hiſpaniæ: ſic ut, quemadmodum ante plurimos annos pecunia, & prolixa humanitate, tacite concitarat, aluerat que diſcordias, favens principibus, & civitatibus ſeditioſis Regni hujus: ita nunc exercitu lecto, omnique apparatu bellico, non aperte duntaxat tentet Regem expellere legitimum, & ſpoliare omnem ejus familiam; ſed ſub titulis emendicatis, ficulnis argumentis, & prætextibus abſurdiſſimis, ſibi & conſanguineis ſuis vindicet maximam ejus partem, & tandem etiam decipiendo, qui ſibi commendati ſunt, perdendo inimicos, regnum illud obſorbere & ſeſe ſolum regem & arbitrium in hoc mundo conſtituere laboret. Si itaque hic potentiſſimus Rex, cum poſſideat nihil, præter inveteratam quandam, & hæreditariam inimiciriæ cauſam;

ſam; potuerit arma, & conſilia ſua ſic producere, ut deſiderantur à populo hoc; & auſus fuerit ſibi perſuadere, ſe poſſe contra leges, conſuetudines, & veram conſtitutionem nobiliſſimi hujus Regni, mutare Regem pro lubitu, ac ſubjicere tandem ſuo arbitrio & imperio Regem Regnumque, quod jure, tam ob merita, quam ob vires proprias, & ipſius & cæterorum quoque Chriſtianorum regna præcedat: quid Italia de ſe fore indicet in hac publica & aperta ambitione dominandi ſubigendique terram univerſam? Quid ei ſperandum eſt ab illo, qui poſſideat Italiæ majorem & flotidiorem partem? Nunquid credat, nolle illum univerſam ad ſe pertrahere? neque eſſe comprehenſam, in deſcriptione Monarchiæ ejus? Has præſumtiones, hunc timorem, hocque periculum omnino præ me fero; præcipue cum nemo ſit mortalium, qui non magna quaſi proluvie ſentiat ſe rapi & præcipitari in barathrum crudeliſſimæ Hiſpanorum tyrannidis. Occaſio, utilitas, & gloria, incitamenta ſunt potentiſſima ad
omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

omnes conatus. Et qui ad nihil non honeſto vocamur prætextu, ſtupore nihilominus omnium, aliquantum conamur nos evehere, & neceſſario eniti, ſeu fraude, ſeu violentia ad eam rem uſi, nunc cum hoc, nunc cum altero, pro opportuna occaſione, & prudentia miniſtri.

Rex Hiſpaniæ ſi pedem figere poſſit in reliquis etiam terris, non vero illis duntaxat, quas in Italia hæreditario poſſidet jure: dubium non eſt, quin id utile, commodum, & honorificum duceret. Cæterum cum nullam rationem habeat detegendi deſiderium ſuum, & aperiendi animum de invadendis quæcunque nec dum poſſideat: ſibi ipſe ambitionis imponit neceſſitatem; confidit potentiæ, fraudibus; ſperat, ac credulus eſt: ſtat forſan in procinctu ad ſubigendos cunctos, ac trophæa gloriæ ſuæ ponenda ex inſipienti ſapientia, ſtultoque principum noſtrorum timore.

Gemina hodie poteſtas eſt in Italia, ſpiritualis, & ciuilis: contra utramque, cum probe ſciat vim apertam non

minus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

minus eſſe vanam, quam à ratione longiſſime remotam: uſus eſt, utiturque mirabiliter fraudibus, & inſidiis, non tantum ad propulſandam illam, ſed etiam ad potiundum illa. In ſpirituali nemo eſt, qui non dicat, confiteaturque, Regem Hiſpaniæ tantum profeciſſe, ut jam Papam poſſit creare, ac iccirco aulam Romanam dependere maxime ex autoritate ejus. Illum item poſtquam hoc conſecutus eſſet, aſſumſiſſe tandem (de quo ambigit nemo) titulum principis catholici, protectoris, & defenſoris Chriſti eccleſiæ; illi ac alteri antiſtiti, ſimulata charitate donare varios reditus, ut ſibi poteſtatem ſervent in eligendis epiſcopis, nec non cardinalibus, atque ita omnes Pontificum amicos obnoxios ſibi reddere, reliquoſque, Reip. fructus invadere, illecebris avaritiæ, & ambitionis impulſu. Ex hac re non tantum ab univerſis gloriam, & applauſum conſequi, quo præcipue ſtudeat nomini ſuo ſervando inter mortales: ſed etiam adipiſci obſequentem aliquem ſimoniacum, & obſtinatum ex hominibus

nibus lucri avidiſſimis, à quo poſſit qualibet occaſione cuncta miniſteria ſervitiaque expectare. Ac propterea videmus aliquem Religioſorum monachorum numerum, qui jactent ſe eſſe excitatos divinitus, ut ſe hæreſi hujus temporis opponant, inſervire moribus ac conatibus ementitæ religionis Catholici hujus Nimrodis. Primum ditabant ſe involando in maximos reditus; quibus ubi extruxiſſent templa & monaſteria pompatica, & populum innumerabilibus ſuis artificiis ſub ſanctimoniæ velo convocaſſent, ſpiritualem exercuere tyrannidem in animam, corpus, & omnes facultates. Hi cum in Poloniam, Germaniam, Angliam, Portugalliam, Galliam influxiſſent, ut ſervirent Deo, diu noctuque multo fidelius operam navabant Hiſpaniæ Regi, cura ſibi commiſſa ſobolis Regiæ, Imperii, pacis, belli. confœderationum, defectionum, proditionum, conjugii, rerumque aliarum, ac negotiorum civilium: expiſcando primum ex confeſſionibus, & familiari converſatione liberorum, &

femi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

feminarum omnia civitatum & Regionum arcana; inſinuantes illis quicquid ex uſu rerum Hiſpanarum fore judicarent. Iſti igitur aliique ejus ſectæ infiniti, Romæ, per Italiam omnem, & quocunque Chriſtiana Reſp. extenditur, tantam ſibi autoritatem peperere, ut non minus timeantur, quam colantur. Ac licet in Neapolitano Regno, feudo ſedis Apoſtolicæ, peculiariter miniſtri Regii videantur vim manuſque ſceleratas juriſdictioni eccleſiaſticæ intuliſſe, innumeraque inſolenter patraſſe in ſacerdotes ac antiſtites, & (quod Romæ nuper intel- leximus) Legati Hiſpanici ſint comminati Pontifici Sixto Quinto, ſe non præſtituros illi obedientiam, dum Ejus Sanctitas eſt in detegendis fraudibus, quibus ſe occuparint in negotiis Gallicis: tacet nihilominus Pontifex, & hanc illorum ſceleſtam tolerat impietatem, in aliis damnatam publicitus, ut merebatur, & ſeveriſſime caſtigatam. Cæterum reperiuntur, qui hoc excuſent, ac defendant, & potius quam Regem Hiſpanorum accuſent hypocriſios,

criſios, & temere invaſæ autoritatis Apoſtolicæ, dicere malint Pontificem hunc eſſe hæreticum, & fanaticum.

In civili porro regimine, quis non videt, ac intelligit, quid hactenus egerint ac nunquamnon agant vulpes hæ Hiſpanicæ ac Catholicæ. En amplo quodam conjugio aliquem Italiæ principem in bello implicatum graviſſimo. Optimum, quod exinde poterit ſperare, erit, ut aliquando ſe ipſum ſuaſque reſignet terras Regi Hiſpaniarum; ut conjungat illum cum Mediolanenſi imperio, & dilatet ſic potentiam ejus in Italia; quod ab imperatore ejus parente adeo exoptatum ac deſideratum ſit. En ſtipendia, & ut in longinquum ſibi provideat ineſcando titulis, ſed ſpe vaniſſima. En diſcordias ſtudioſe ſeminatas, & nutritas, inter principes & vaſallos, atque inter nobilitatem & plebem. Suffragatur plebi contra nobiles, ut captet auram popularem. En titulos Aurei velleris, aliaſque dignitates egregias, quibus donet nobiles, ut hoc dolo illos in ſervitutem illiciat, & magnis ſumptibus conſumat. En fauto-

fautorem perduellium, extorriumque, & qui vindicet ſibi impudenter tutelam pupillorum, terrarumque quas poſſident. Ecce maximas promiſſiones pro pecunia à mercatoribus annumerata, & dum tantam auri ſummam exigit, ut poſtmodum ſub ſanctimoniæ prætextu uſumfructum neget, capitalique iis pretio perſolvat, hanc in proprium convertens uſum, ut famem ſuam impleat, bonis & ſanguine Italico. Sed hoc quod majoris eſt momenti; ecce ut in bellis Belgicis, Portugalenſibus, Anglicis, miſeræque Galliæ enerventur hujus & alterius provinciæ incolæ, utque infeliciter moriantur citra ullum ſuum emolumentum, aut victoriæ, aut honoris. Quæ res nos omnes movere debebat (nequid dicam de miſeriis, quas ſingulis pæne horis experimur, cum hic fratrem, ille patrem, alter denique filium, aut ferro, aut infirmitate crudeliſſime extinctum amittat) ut cogitaremus, multo majorem hoſtem, cujus graria bellum gerimus, quam illum contra quem armamur inſtruimurque. Quoniam ille tantum à montibus nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

infeſtat, ſuumque tantum recuperare ſtudet, non ut nos offendat; alter autem non contentus tanta mundi parte, quam poſſideat, ſtruit etiam inſidias quieti & libertati noſtræ, quæ ipſi intantum inſervit, vultque eam peſſum dare, deque ea triumphare, priuſquam immenſos illos ſuos & inſatiabiles claudat oculos.

Tu terra Mediolanenſis, tu Regnum Neapolitanum, tu Sicilia, tu Status eccleſiaſtice, quomodo vivitis? examinate tandem vos ipſos, & perpendite quomodo evertamini. Videte, ſibi quomodo auferat ſemper liberos veſtros, veſtraſque fortunas, & alat foveatque ſanguine veſtro bellum injuſtiſſimum; veſtris theſauris paſcat horribiles has harpyias, quibus videtis plateas & ædes oppletas veſtras, quas tolerare debetis, atque humaniter in menſas veſtras, & in lectum recipere. Hoc pacto nunc ratiocinatur unusquisque, & videt jam fraudulentam illam vim, qua progrediatur hic magnus Rex, hicque princeps piiſſimus, qui intrat armatus templum Dei, qui vim infert ſanctorum reliquiis, qui exhaurit theſauros, qui ſibi tribuit ele-

ctionem & autoritatem ſummi Pontificis, & reddit ſe tremendum conſpectui omnium, qui vult obſignare res geſtas ſuas acquiſitione parvæ hujus Italiæ, ut illa domicilium ſit Vicarii Chriſti, quem vult ſuo imperio ſubditum; & ut ſit potentia, quæ in anguſto ſuo valeat circuitu ſeſe opponere monſtroſæ machinæ vanæ ſuæ gloriæ.

Et propterea tantum in ſpirituali poteſtate, quantum conſpicimus, adeptus, parat ſe quoque ad invadendam temporalem, inhians quantum poſſit theſauris noſtris, ope & auxilio populi Genuenſis, provincias, & civitates, tam ſibi ſubjectas, quàm aliis militibus, ducibuſque, ſpolians; ut ſi vivat porro aliquot annos, ſibi facilius ſit conſtituere dominum, opportunitate reliquarum, quas obtinet terrarum: ſin moriatur, ne poſſint Italiæ populi mutuo auxilio excutere jugum adeò intolerabile & grave,

Igitur Italia mea, hunc per ſanguinem innocentem, quem hodie filii tui in Provincia, in Sabaudia, in Belgio, inque Gallia effundant; per has lachry-

mas iteratas, quas miſeræ matres non valent ſuſtinere, certo edoctæ de cladibus filiorum ſuorum; per charam hanc libertatem, pretio tanti ſanguinis comparatam de Barbaris crudeliſſimis, habe oro curam tui. Has divitias, hos populos, hos principes, quos Deus tibi dedit naturales & legitimos, conſerva, & ama. Ne remittas te porro barbariæ impudenti hujus pſeudo-Catholici, qui te honorat, ut deformet, & præmia defert, ut te eo vinculo aſtrictum habeat, pro viliſſimo libidinis ac ſuperbiæ mancipio.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36

22265

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 A 36